Opusculū repertorij pronosticon in mutationes aeris tam via astrologica q̄3 metheorologica vti sapiētes experientia comperientes voluerunt ꝑq̄3 vtilissime ordinatū incipit sidere felici ⁊ primo prohemiū.

Um i multis voluminibus sapientes antiqui de mutationibus aeris multa scripta fecerunt ⁊ diuersimode de hac materia tractauerūt: Quidā eni cū alijs a ꝓposito extraneis cōmiscendo: Alij v̄o tractatus speciales ꝓlixos tn̄ ⁊ obscuros super hoc faciēdo: Alij autē tantūmodo recitando nullū tn̄ auctoris a quo dicta sua acceperunt allegando. Quia etiaȝ qui voluerit aliquid iudicare: durū ē tot libros inspicere: totiensq3 verba obscura ſm suum intellectum exponere. Auctores etiā si videant̄ discordes concordare: aut illa que faciūt ad suū ꝓpositū ab alijs separe: ꝓpter que dicta auctorū specialiter in istis ꝑtibus remanent inexꝑta. Ideo cōsideraui ꝓ bono snīas: aut dicta auctorū que faciunt ad ꝓpositū nostrū: eosq3 si discordes videant̄ ſm ꝓposse cōcordare atq3 libros ⁊ capitula quorū verba aut sententiā recitabo fideliter allegare: ut si aliquis mihi nō crediderit: aut in ꝓpositionib⁹ in hoc repertorio positis addere uel minuere voluerit ad libros de quibus me iuuare intendo facilius possit recurrere. Utilitas autem operis in hoc cōsistit ut videlicet absq3 pluriū librorū inspectiōe snīas pluriū doctorū facili⁹ ⁊ citius possum⁹ ad inuicē comꝑare: ⁊ collatione facta ad inuicē ad minus illa in quib⁹ magis cōcordare videbunt̄ tꝑib⁹ ⁊ climatib⁹ nostris ꝑ exꝑientiā certā cōprobent̄ ⁊ approbent̄ si approbanda fuerint: uel ſm exigentiā exꝑientie exponantur. Aut si isto tꝑe aut climate inutilia vi-

deanť qui de hac arte se intromittēt alias in suis iudicijs nō decipianť: libri enim plures de quibus nos iuuare intendimꝰ in alijs temporibus ⁊ climatibus facti sunt. Ideo certū est ꝙ nō easdem dispositiones debemus habere tam ꝓpter mutationem octaue sphere ⁊ aliarū que vix uel nunq̄ poterint similia redire: q̄ etiā ꝓpter diuersitatē climatū in quibꝰ eadem constellatio contrarios effectus nitiť operari. ¶ Huiꝰ autē operis septē sunt partes principales ¶ Prima pars est quasi introductoria sequentiū partiū: ⁊ est de naturis partiū celi ⁊ stellarū: quattuor etiā tēporū anni ⁊ climatū atq̧ ꝓuintiaꝝ terre. ¶ Secūda pars est de iudicijs vniuersalibus mutationū aeris ꝑ cōiunctiones magnas ⁊ eclypses: ⁊ ꝑ introitū solis in punctis equinoctialibus ⁊ solstitialibꝰ ⁊ locis alijs determinatis in zodiaco signoruz. ¶ Tertia est de iudicijs vniuersalibus mutationū aeris ꝑ cōiunctiones ⁊ oppositiones luminariū. ¶ Quarta pars est de iudicijs particularibꝰ que nō solū fiunt ꝑ cōiunctiones ⁊ oppositiones luminariū sȝ etiā ꝑ alias figuras particulares. ¶ Quinta ꝑs est de iudicijs mutationū aeris ꝑ cōiunctiones ⁊ aspectus lune cū alijs stellis: ⁊ aliarū stellarū ad inuicē ⁊ de presentia lune ⁊ aliorum a sole in certis locis zodiaci. ¶ Sexta pars est de hora pluuie ⁊ vbi ⁊ quādo fortior ⁊ debilior fuerit: ⁊ que sint loca apta ad hoc ⁊ de duratione eiusdē. ¶ Septima pars est de mutatione aeris ꝑ signalia suꝑiora que per methauroꝝ scientiā habent cognosci, ⁊ quedā alia signalia vulgariter approbata.

¶ Prima pars libri qu[illegible] est quasi introductoria sequentiū de naturis partiū celi ⁊ stellarū quattuor temporū anni climatū atq̧ prouinciarū terre incipit feliciter.

Capitulū primū de naturis ⁊ ꝓprietatibus vniuersalibus signorū ⁊ stellarum.

Dodecim sunt signa quorū qualitates vniuersaliores ⁊ nature vniuersales fm ꝙ sol operať in quolibet eorum ⁊ intensio seu remissio eiusdez nature ꝓueniens ex oꝑatiōibꝰ cōibꝰ stellarū fixarū existentiū tempore Ptolemei in partibꝰ predictorum signorū fm longitudinem ⁊ latitudinem patent ꝑ hanc tabulam.

Signa	Qualitates	Nature vniuerſales	Prime partes
Aries ♈	Igneus	facit ful- gura ⁊ to nitrua.	pluuioſe ventoſe
Taurus ♉	Terreus	duas cõple xiões hȝ pa rũ calidi ſic hu.eq̃liter vicit tñ caᵐ	motus ter- re venti nu- bes mercu- riales.
Gemini ♊	Aerei	facit tẽpe- rantiam de nã ionis.	humide cor rñdentes ſa turni.
Cancer ♋	Aquaticꝰ	ſerenũ calidum	calide terre motus ♂ ⁊ parũ ♄
Leo ♌	Igneus	calidũ hu. corrñdet ſo lari.	calidũ cor- rñdet mor. ☉ ⁊ ♂.
Virgo ♍	Terrea	humectat ⁊ tonat ☿ cum ♀.	maioriſ ca- loris dãno- ſe martis.
Libra ♎	Aerea	mutans ⁊ cambiens	tẽperate io uis ⁊ veneri
Scorpius ♏	Aquaticus	igneus ⁊ to nitruoſus martis	grandinoſꝰ pncipiũ tñ ẽ ſiccũ ſatni
Sagictariꝰ ♐	Igneus	vẽtoſꝰ mer- curij cũ ioue	humectãteſ veneris
Capricornꝰ ♑	Terreus	multũ hu- midum	cõburentes dãnoſe martis
Aquarius ♒	Aereus	frigidum aquoſum	multũ hu- mide lune
Piſces ♓	Aquatici	frigidũ ventoſũ	temperate veneris.

	2e ptes	3e ptes	septētrionales	meridionales	
♈	Tpate iouis ⁊ veneris	faciet mortalitatē martis putrefcōe	calescunt martis	infrigidant saturnine	
♉	frigide ⁊ humide veneris	igneꝰ corruptionē ♂	Tēperate iouis	motus fortes mercurij cū sat̄	no
♊	Tpate iouis	ꝯmixte mercurij directi	ventꝰ terremotus mercurij	ignee cōburētes martis	
♋	Tpate iouis	vētose mercurij cū ♄	ignee cōburētes martis	ignee cōburētes martis	
♌	Tpate iouis	multū humide corrūpētes saturni	cōburentes martis	humectantes mercurij cum venere.	
♍	Tpate iouis	aquose saturni	ventose mercurij	Tem erate iouis	
♎	Tpate iouis	aquose lune ⁊ saturni	vētose mercurij cū ioue	h umectantes saturni	
♏	Tpate iouis	terremotꝰ mercurij	cōburentes martis	humectantes saturni	
♐	Tpate iouis	ignite martis	ventosꝰ cū ☿ ⁊ ♄	multū hūide saturni i loco humido	
♑	Tpate iouis	mouentes pluuias lūe ⁊ mercurij	multū hūide dānose in loco aquoso	multū hūide dānose sat̄ni i loco aquoso	
♒	Tpate veneris	facit vētos mercurij	cōburentes martis	facit grandinem saturni	
♓	multū humide lūe	cōburētes martis	ventose iouis	aquose lune i loco aquoso	

Uodecim signa sunt &c. Hec pticula nõ est nisi suptitul' tabule precedentis. Qualitates autẽ signorũ vniuersalio res que versus sinistrã ponunt' qsi ab oib' auctorib' de iudicijs conceduntur. totũ autem residuũ tabule fruimur a Ptolemeo & Haly eius cõmentatore in secũdo capitulo secũde ptis quadripartiti sui ita q natura illius signi uel ptis eius ponit' supius fm Ptolemeũ. & nature stellarũ fixarũ que erant tpe Ptolemei ut dicit haly in illis partibus ponunt' inferius fm haly. Itẽ ab haomar hoc idem habet' quod a ptolemeo: accipit' a leopaldo etiã vnde qlibet istorũ fecit vnũ capitulũ de signorũ naturis sz totũ sum pserũt a Ptolemeo nec est ibi credo discordia. ¶ Notandũ fm haly vbi supra q debemus scire pprietates locorũ in quibus coniunctiones uel oppositiones: uel in quibus fuerit planeta predominãs: & alia ptinentia ad gubernationẽ pmiscendo cum virtute planete dñantis & cum sole & luna & alijs multis ad hoc requisitis: ut inde cognoscam' virtutem vincentẽ: & ad hoc est hec tabula vtilis valde. Unde sciendũ q cũ pprietatib' vniuersalib' signorũ potes addere naturas stellarum que sũt tẽpore moderno i illis signis si natura eorũ fuerit cõsimilis: uel minuere si dissimilis. ¶ Item sciendũ q stelle fixe que erãt tpe Ptolemei q fecit librũ almagesti nõ cõcordant cũ stellis quas recitauit Haly fore in predictis partib' signorũ tpe Ptolemei qui fecit quadriptitũ. & hoc est argumentũ q fuerint duo quorũ qlibet vocabat' Ptolome' fm opinionẽ Albumazaris in introductorio suo magno. qre ad hoc & solue illud dubiũ. ¶ Itẽ nota fm haly vbi supra q signa sunt que nõ habent opera. opera eni sũt stellarũ fixarũ q sũt in eis. & noiat' qdlibet eorũ fm q sol opat' in eo. Potest etiã dici q signũ accipit nomen a stellis fixis i eo existentib' qr valde diu manẽt ibi. ¶ Itẽ illa que p pdictã tabulã habent' dicũtur fm q fuerit tpe Ptolemei. oportet igit' iudicia mutare qr stelle fixe iã mutauerũt loca. patet igit' fm haly q qdlibet signũ & sue partes recipiunt a sole & a stellis fixis virtutem cũ qua operant' virtutes solis & stellarũ fixarũ. ¶ Item haly dicit ibidem q pleiades erant tpe Ptolemei in primis gradibus tauri. tempore autẽ suo in medio tauri erãt. ¶ Itẽ notandũ fm haly vbi supra q totũ signũ habere talẽ uel talẽ pprietatẽ. hoc intelligit' dupliciter. vno mõ q recipiat a sole vtutẽ q ccordat cũ suo ope cũ sol illud signũ ingredit'. Alio mõ q recipiat ab oib' stell' fixis i eo existẽtib' vim vnã q ccordat cum cplexiõe que fit p cõmixtionẽ omniũ stellarũ illarum. Primũ tamen est cõuenientius dictis Ptolemei. hec haly. Et ego dico q intentio ptolemei fuit q proprietates signorum in proposito accipiũtur fm q sol operatur in eis. Primo qr hoc magis

Nõ qd fuerũt duo Ptolemei quorũ alter cposuit Almagestũ & alter quadripartitum

facit ad sciendũ factum anni quod est intentũ principale Ptolemei in
ꝓposito. Secũdo qꝛ ipse dicit ꝙ ꝓprietas arietis est facere tonitrua qꝛ
equinoctiũ fit in eo. Equinoctiũ autẽ fit per solem ⁊ nõ ꝑ stellas fixas.
Tertio ipse dicit ꝙ nature partiũ arietis in addendo uel minuendo fiũt
ꝑ stellas fixas que sunt in eis. ¶ Patet igiť ꝙ signa none sphere q̃uis ꝑ
se sint mansiones nõ habentes opa: tñ attribuimus eis opera ſm ꝙ sol
opať in eis diuersimode ꝓpter diuersitates situs ⁊ ſm ꝙ sol inuenit ma
teriã preiacentẽ aliter dispositã a temporibus p̃cedentibus. vnde aliaꝫ
ꝓprietatẽ attribuimꝰ virgini q̃ꝫ arieti q̃uis sitũ cõsimilẽ habeat: qꝛ alio
modo sol inuenit elementa disposita ab estate q̃ꝫ ab hyeme. Et ex his sa-
tis patet qualiť in ꝓposito fiãt iudicia scꝫ vtrũ ſm nonã spherã uel octa
uam. Patet etiã ꝙ sol in eodẽ signo nõ operať similiter in oibus clima-
tibus. ¶ Itẽ stelle fixe que erãt tpe Ptolemei in principio alicuiꝰ signi
sunt modo. s. anno dñi. 1338. vltra mediũ eiusdẽ signi: ideo forsan non
easdeꝫ experientias haberemꝰ de virtute solis ꝑ signa sicut Ptolemeus
ꝓpter aliam mixtionẽ stellarũ fixarũ cũ virtute solis nũc ⁊ tũc. ¶ Intel-
ligendũ est tñ ꝙ virtus que attribuiť alicui signo habet magnã latitudi
nem ita ꝙ ſm naturas stellarũ fixarũ intendiť uel remittiť non tñ oino
corrũpiť. ⁊ sic remanet snia Ptolemei vtilis valde: dum tamen acuitas
tui intellectus possit ad hoc sufficere. ¶ Modũ autẽ ꝑ quem poteris te
iuuare de tabula prehabita inferius te docebo. Iteꝫ iuuamentũ quod
possumꝰ habere ex stellis versus septẽtrionẽ uel versus austrũ fit ſm ꝙ
dicit haly vbi supra qñ accidit pars eclypsis aut latitudo lune tpe cõiun
ctionis uel oppositionis uel planete dñantis versus septẽtrionẽ uel au-
strum cõmiscebiť eis virtus stellarũ fixarũ que sũt versus illã. Itẽ intel-
ligendũ ſm haly ꝙ qñ diciť talis est tẽperata intelligiť hoc ſm ꝙ calidi-
tas ⁊ frigiditas cõuenit tpi ſm naturã.

Capitulũ secundũ de. 28. mansionibus lune.

MAnsiones lune sũt. 28. ⁊ noia eorũ atq̄ꝫ gradus none sphere i
quibus incipiunt. patent ꝑ tabulam sequentem.

¶ Mansiones lune ⁊c̃. Hec tabula trahitur ex dictis Alkin
di in libello suo de pluuijs capitulo sexto ⁊ ponit ibi nomina nõ latina.
Item idem de hac materia in eodem libro in illo capitulo: Cũ substan
tia veneris ⁊c̃. Item hyspalensis in illo capitulo Indi distribuũt circu-
lum ⁊c̃. Item Japhar in libello suo de pluuijs versus principiũ. Item
abraham de seculo in illo capituso Sapiens quidem indorũ ⁊c̃. Item
plures alij. ¶ Notandũ ꝙ auctores ut in pluribus concordãt in nume-
ro ⁊ in qualitatibus mansionũ. Unde si discordauerint in qualitatibus

Numerus	mansionū lune. Noīa stellarū latina	q̄litates	Initia s̄m aliq̄s q̄ ad ḡdꝰ.9c sphere	Initia s̄z byẞ. ad ḡdꝰ 9c sphę rę r̄du ctis.	Initia s̄z abra hā de se culo ad ḡdꝰ 9c sphęrę reduct]
1	Cornua arietis	c.b.	1 ♈	24 ♈	16 ♈
2	venter arietis	.s.	13 ♈	6 ♉	28 ♈
3	Caput tauri	c.b.	26 ♈	19 ♉	14 ♉
4	Oculus tauri	b.c.	9 ♉	2 ♊	21 ♉
5	Caput canis	l.c.	22 ♉	15 ♊	7 ♊
6	sidꝰ puū luc] magne	c.b.	5 ♊	28 ♊	20 ♊
7	Brachiū leonis	b.	18 ♊	11 ♋	2 ♋
8	Nebulosa	c.	1 ♋	24 ♋	16 ♋
9	Oculus leonis	s.	13 ♋	6 ♌	28 ♋
10	Frons leonis	b.	26 ♋	19 ♌	11 ♌
11	Capillus	c.	9 ♌	2 ♍	24 ♌
12	Cauda leonis	b.	22 ♌	15 ♍	7 ♍
13	Canis	c.	5 ♍	28 ♍	20 ♍
14	Spica	c.	18 ♍	11 ♎	3 ♎
15	Cooperta	b.	1 ♎	[illegible]4 ♎	16 ♎
16	Cornua scorpiōis	b.c.	13 ♎	6 ♏	28 ♎
17	Corona sup caput	b.c.	26 ♎	18 ♏	11 ♏
18	Cor scorpionis	f.	9 ♏	2 ♐	24 ♏
19	Cauda scorpionis	b	22 ♏	15 ♐	7 ♐
20	Trabs	c.b.	5 ♐	28 ♐	20 ♐
21	Desertum	c.b.	18 ♐	11 ♑	3 ♑
22	Pastor	c.b.	1 ♑	24 ♑	16 ♑
23	Glutiens	c.	13 ♑	6 ♒	28 ♑
24	Fortune sidus	c.l.	26 ♑	19 ♒	11 ♒
25	Papilio	f.	9 ♒	2 ♓	24 ♒
26	Hauriens primꝰ	l.b.	22 ♒	15 ♓	7 ♓
27	Hauriens secūdus	b.	5 ♓	28 ♈	20 ♓
28	Pisces	c.b.	18 ♓	11 ♈	3 ♈

hoc nō ē nisi ex vitio scriptoris: ⁊ ideo accepi illā qualitatē i quā plures
vidi cōcordare: ita ꝙ tꝑata humida discordāt tñ i noībus: qꝛ quidā no
minant eas in greco. Alij in arabico. Alij vō in latino: sꝫ nō est magnā
vis ad pñs. Ubi autē debemꝰ inchoare videt̃ etiā discordia ſm ꝙ pꝫ ꝑ
tabulā. Dico tñ ꝙ oēs debent cōcordare in principijs mansionū: qꝛ si
vnus inceperit a principio arietis none sphere. Alter a principio arie-
tis octaue nō essent ita cōcordes in qualitatibꝰ sicut sūt. ⁊ oēs hoc acce-
perunt ab indis. ¶ Uidet̃ tñ ꝙ hyspalēsis incipiat a duobꝰ siderībꝰ ma-
gnis q̃ cornua ariet*is* dicunt̃: quarū prima ē nūc i. 24. gradu ariet*is* none
sphere ſm ꝙ intellexit ex dictis indorū ⁊ vnaqueqꝫ est. 13. gradus ⁊. 3^{e}
vniꝰ gradus ut dicit. Et ꝙ oēs alij etiā tantā qualitatē cuilibet mansio-
ni attribuunt. Sꝫ ista cōputatio nō diuidit totū celū in. 28. partes equa
les: ⁊ ideo dico quēadmodū dicit abrahā de seculo. s. ꝙ quelibet man-
sio cōtinet. 12. gradus ⁊. 52. minuta fere ita debet esse. 13. gradꝰ ⁊. 51. mi
nuta. Ipse etiā incipit cōputationē ꝑ. 8. gradꝰ ante cornua arietis sicut
patet in tabula: qꝛ imago arietis ē ꝑua. hoc dicit expresse q̃uis dicat po
stea quō inueniat̃ in qua mansione luna sit valde obscure. nec bene vi
dent̃ sua dicta ibi cōcordare cū ꝓdictis: ⁊ ideo nō indiget ibi expositiōe
¶ Uidet̃ quibusdā modernis ꝙ debeamꝰ incipere a principio gradus
primi arietis. i. a primo gradu ariet*is* none sphere. sꝫ nō videt̃ cū noient̃
ſm stellas fixas que sūt ibi. Alij etiā volūt ꝙ incipiūt a principio octa-
ue sphere vnde planete ⁊ luna solēt calculari ad octauā spherā. Et di-
cunt ꝙ iudicia a formato astronomo potiꝰ fiunt ſm eā q̃ꝫ ſm nonaꝫ. Et
ego dico ꝙ nō sufficit eo ꝙ motus octaue sphere quē ipsi dicūt nō ē nisi
correctio sua ad equationē sicut solebat distare locꝰ solis inuentꝰ ꝑ in-
strumenta ꝑ. 8. gradꝰ a loco eius inuento ꝑ suas tabulas. ideo dicebant
ꝙ hoc est ꝓpter motū octaue ⁊c̃. sicut debet videri in canonibꝰ tabularū
¶ Dico igit̃ ꝙ debemꝰ incipere sicut dicit abrahā. s. ꝑ. 8. gradus añ cor-
nua arietis. si eni incipere mꝰ a linea equalitatis. cornua arietis nō eēnt
in prima mansione imo vltra mediū secūde. nec aldebaran i q̃rta sꝫ vl-
tra mediū quinte. nec cornua scorpionis in. 16^{a} sꝫ vltra mediū. 19^{e}. Itē
si inciperemꝰ in cornibꝰ arietis aldebaran esset in fine tertie ⁊ nō in q̃rta
⁊ cor scorpionis in fine. 18^{e} ⁊ nō in. 18^{a}. Si tñ incipiamꝰ ꝑ. 8. gradꝰ ante
cornua arietis erūt versus mediū prime ⁊ aldebaran versus mediū q̃r-
te ⁊ cor scorpionis versus mediū. 18^{e} sicut debēt inueniri. Alia incōue
nientia sūt ſm ꝙ id a quo mansio accipit denoīationē sit extra mansio
nē quā denoīant. ¶ Notandū ꝙ Iaphar versus principiū vbi facit mē-
tionē de mansionibꝰ ꝙ qualitates ꝓueniūt ex natura stellarū in eisdem
situatarū ⁊ ex stellarū dignitatibꝰ ⁊ ex radiorū ſm fortes aspectꝰ in eis-

dem locis ꝓiectionibꝰ. ¶ Itē notandū ſm albumazar in capitulo 2º ſe-
cūde differentie primi tractatꝰ ſui magni introductorij ꝙ multe gentiū
ſciūt qcqd euenit in diebꝰ ex calore uel frigore ventis ⁊ pluuijs ex pn̄tia
lune in vnaquaqꝫ. 28. manſionū. ⁊ cuꝫ viderint vnāquāqꝫ manſionū in
occidente mane. dicūt ꝙ aer mutabit̄ ꝑ ventū pluuiā uel calorē uł frigꝰ
¶ Sciendū ꝙ Iaphar recitat q̄liter antiq nō ponebāt niſi. 27. manſio-
nes qꝛ cōputabāt. 13. gradꝰ ⁊ tertiā vniꝰ ꝓ vna manſione ⁊ alij. 29. ⁊c̄. ſꝫ
nō eſt hoc multū vtile nec eſt opinio ſua ut dicit. dicit tn̄ poſtea ꝙ vna-
queqꝫ manſionū eſt ex. 13. gradibꝰ ⁊. 3ª vniꝰ. ⁊ debet incipi cōputatio a
primo puncto arietis: ſꝫ nō dicit cuiꝰ arietis none videlicet uel octaue.
Ideo ſi volueris ſcire q̄ opinio ſit melior ⁊ verior: oportet ꝙ ꝑ longam
exꝑientiā hoc exꝑtus ſis. Qualiter aūt hoc ſit experiendū videbit̄ in pra-
cticis poſtea. ¶ Itē querit̄ q̄re hec ꝑtitio potiꝰ ſit ꝑ. 28. q̄ꝫ ꝑ aliū numerū
⁊ dico ꝙ hec potuit eſſe cā: qꝛ iſte numerꝰ eſt ꝓpinquius diebꝰ ꝑagratio-
nis lune ꝑ zodiacū. ſicut diuidimꝰ zodiacū in. 360. qꝛ eſt numerꝰ abun-
dans ꝓpinquius numero dierū ꝑagratiōis ſolis ꝑ zodiacum.

Capitulū tertiū de ſignis pluuioſis.

ITē ſigna pluuioſa ſūt cancer leo ſcorpio ſagictariꝰ aqua-
rius piſces. ꝑtes autē ſignorū q̄ potiſſime dicunt̄ humide
ſūt finis arietis. principiū tauri. finis capricorni. princi-
piū aquarij. principiū leonis. Signa aūt pauca ꝛ imbriū
ſūt taurus p̄ter eiꝰ principiū: gemini virgo libra. Itē ca-
pricornꝰ plus habet frigoris ⁊ ſiccitatis q̄ꝫ pluuie. ¶ Itē
ſigna pluuioſa ⁊c̄. Hec ꝑticula extrahit̄ a quodā libro de pluuijs q inci-
pit Cū multa in duobꝰ locis ⁊c̄. Itē haomar in vltimo caº. Itē alkindus
in vltimo caº. Itē hyſpalenſis in caº. volēs ſcire. Itē Leopaldus i duobꝰ
locis. Itē ꝙ vnꝰ accepit ab alio qn̄qꝫ id quidē dicit. Itē abrahā de ſecu-
lo in caº. Dicit iacob. ¶ Notādū ꝙ ille auctor cuiꝰ liber incipit Cū mul-
ta. enumerat capricornū inter ſigna pluuioſa: ⁊ poſtea dicit ꝙ plus ha-
bet frigoris ⁊ ſiccitatis q̄ꝫ pluuie. hoc exponit: qꝛ cum luna in locis alijs
pluuioſis applicans veneri ſignificet pluuias q̄ꝫuis nō ita fortit̄ ſi venꝰ
nō ſit in locis pluuioſis. tn̄ luna nō facit in capricorno pluuias niſi ſtel-
las in loco aquarū inſpiciat. ⁊ cū luna ⁊ mars in capricorno aſpiciunt
venerē ⁊ mercuriū. tūc eni nō obſtāte marte pluuias ſig̃ret. In alijs aūt
ſignis pluuioſis nō ita apparet effectus reſecatiōis luminis ſicut intel-
ligo, iſtū auctorem. ¶ Item ſciendū ſm iſtum auctorē ⁊ alios qui etiaꝫ
hoc recitant ꝙ piſcis eſt ſignum pluuioſum propter riuos quos habet
⁊ flumina: ⁊ ſagictarius etiam ꝓpter maria que in eius extremo exiſtūt

⁊ scorpio propter sua loca ⁊ littora. hoc potest exponi. s. ꝙ ista signa habent ista in suis cõstellationibꝰ figurata. uel sic ꝙ ista signa habẽt maiꝰ dominiũ in locis terre aquosis sicut maria ⁊c. ¶ Sciendũ haomar dicit ꝙ p̃cipue aquarius ⁊ leo sunt aquatica. ⁊ hyspalensis dicit signa pluuie ⁊ signatiua aque sũt aquarius. finis capricorni aries taurus leo. his fortiora piscis aquarius scorpio. Alkindus dicit ꝙ loca pluuiosa sunt aquarius finis capricorni arietis ⁊ tauri principium leonis: ⁊ amplius illis scorpiꝰ piscis ⁊ aquarius ita ꝙ hysaplẽsis ab alkindo hoc accepit. ¶ Item abrahaz de seculo dicit ꝙ signũ aquarij significat aquas ꝓpter stellas que effusor appellant̃. Similiter etiã signum leonis ꝓpter figuram nauis que in eo existit. ¶ Dubitat̃ vtrũ iste nature signorũ debeantur signis octaue uel none sphere: ⁊ videt̃ ꝙ in nona quia domꝰ capiuntur in nona. ⁊ ille auctor Cũ multa ⁊c. dicit vtraqꝫ domus saturni ẽ pluuiosa ⁊c. oppositum patet: quia causa quare sũt pluuiosa est ꝓpter stellas fixas que sunt in eis ut dictum est. Stelle autem fixe sunt in octaua quere de hoc.

Capitulũ quartũ de mutatione signorũ nature.

Item nature signorum mutant̃ ꝓpter motus eorũ in circũferentia quia eorũ calidum efficitur frigidum ⁊ humidum siccũ. Taurus in oriente est tepidus: in occidẽte frigidus. Gemini est in oriente calidus ⁊ siccus: in occidente frigidus ⁊ humidus. Cancer in oriente calidꝰ ⁊ siccus in occidente frigidus ⁊ humidus. Leo est in oriente calidus ⁊ siccus. in occidente frigidus ⁊ humidus. Uirgo in oriente calida ⁊ tepida. in occidente frigida ⁊ humida. Sagictarius in oriente frigidus ⁊ humidus. in occidente calidus ⁊ siccus. Capricornus in oriente frigidus ⁊ siccus. in occidente frigidus ⁊ humidus. Aquarius in oriente ⁊ piscis ambo sunt in oriente frigidi ⁊ sicci: ⁊ in occidẽte frigidi ⁊ humidi ⁊c. ¶ Item nature signorum ⁊c. hec habent̃ in libro haly abenragel capitulo primo prime partis. hoc etiam exponitur sic verbi gratia: Sole existente in aliquo signorũ que sunt calida in oriente ⁊ occidente frigida. si fuerit significatio suꝑ caliditatem plus apparebit illa die calor in mane q̃ꝫ vespere ceteris paribus ⁊ sic de alijs. uel sic. Quando significatores temporũ fuerint in aliquo signo qđ fuerit calidũ in oriẽte ⁊ frididũ in occidente si significauerũt caliditatẽ prius apparebit effectus in partibus terre versus orientem q̃ꝫ versus occidentem. ꝯm vero econuerso frigiditatem fiet econuerso. Uel sic. Si aliquod signum esset in oriente hora coniunctionis uel oppositionis uel alijs temporibus

significationū: magis apparebit effectus caliditatis si fuerit calidus in oriente ꝛ frigiditatis in occidente ꝙ̄ si esset ī alia domo .s. in parte occi dentali ꝛ sic de alijs. Primi autem duo modi magis mihi videnť ad ꝓpositum. ¶ Item sciendū ꝙ nō facit mentionē de ariete ꝛc̄. qꝛ forte effectus eorū nō sunt ita fortes uel inuariabiles uel qꝛ non habemus librum correctū.

Capitulū quintum de dignitatibus planetarū.

Dignitates essentiales planetarū ꝛ quis eoruꝫ sit almuteꝫ in vnaquaqꝫ partiū celi atqꝫ vent⁹ triplicitatis cuiuslibet .s. signi patent ex tabula sequēti. ¶ Dignitates essentiales ꝛc̄. hoc est titulus tabule dignitatū essentialiū: ꝛ extrahiť ex itroductorio Alchabicij: ex quadripartito Ptolemei in .18°. 19°. 20°. 21°. 22°. capitulis prime partis: ex quinto tra ctatu introductorij magni quasi ꝑ totum: ꝛ ₰m plures alios. Tabulam autē almuteꝫ cōposui ꝑ computationē pluriū dignitatū ₰m ꝙ domin⁹ domus habet quinqꝫ fortitudines: exaltationis quattuor: triplicitatis tres: termini duas: faciei vnā. Tabulam autē ventorū ₰m Ptolemeum extraxi ex dictis Ptolemei ꝛ Haly. 19°. capitulo prime ꝑtis quadriparti ti: tabulā aūt ₰m Albumazar ex .27ª differentia sexti tractat⁹ sui magni introductorij. Tabulā autē ₰m Japhar accepi ex libro Japhar de plu uijs in fine libri in parte que incipit: Aut occurrit. ¶ Sciendū ꝙ Ptole meus posuit totū arietē ꝓ exaltatione solis ꝛ sic de alijs. Alij autē plu res ponūt exaltationes planetarū in determinatis gradib⁹ illorū signo rū. ¶ Item dn̄i triplicitatū que suꝑius ponunť ad modum glose interli nearis ₰m opinionē Ptolemei sicut ꝛ illud qđ directe scribiť ₰m alios. Item termini egyptiorū a plurib⁹ approbanť ꝛ ꝓpter hoc tm̄ ponunť. ¶ Item magna est discordia in situationib⁹ ventorū. quere de hoc infe rius vbi facit mentionē de planetarū ventis ꝛ de qualitatibus habita tionū. ¶ Sciendū ₰m quendā de imaginib⁹ ꝙ quando aliqua triplici tas ꝛ eius dn̄i sunt fortes ꝛ incipit ventus ill⁹ triplicitatis flare ille ven tus est durabilis. Si autē inceperit illis existentib⁹ debilib⁹ nō durabit. Item qualitates ventorū sunt ₰m qualitates locorū a quibus veniunt ₰m ꝙ patebit inferius. ¶ Item sciendū ₰m Japhar ꝙ solis conuersio ꝑ signa temporis mutationes reducit. vnde quā partē de quattuor mun di partib⁹ obtineat sūmoꝑe notandū nō quoqꝫ lunaris a sole receptio ꝛ quis fuerit in eius oppositione notandus. Solis nāqꝫ in ariete discur sus orientalē ventū vsqꝫ in finē geminorū generat. Que hic tabulantur qn̄qꝫ in ꝓcessu facient ad ꝓpositū. Et oēs etiā cōcedūt ꝙ aries sit mascu linus taur⁹ vo feminin⁹ ꝛ sic de alijs ꝯsequēter. Seqᷓ tabula dignitatū.

Tabula digni·

	5	4	3		
	Domus	exaltatio	domini triplicitatis		
			primus	2°	3°
Aries	Mars	Solis	Sol	Jupiter	Saturn⁹
Taurus	Venus	Lune	Venus	Luna	Mars
gemini	Mercuri⁹		saturn⁹	Mercuri⁹	Jupiter
Cancer	Luna	Jouis	Venus	Mars	Luna
Leo	Sol		Sol	Jupiter	Saturn⁹
Virgo	Mercuri⁹	mercurij	Venus	Luna	Mars
Libra	Venus	Saturni	Saturn⁹	Mercuri⁹	Jupiter
Scorpio	Mars		Venus	Mars	Luna
Sagictarius	Jupiter		Sol	Jupiter	Saturn⁹
Capricorn⁹	Saturn⁹	Martis	Venus	Luna	Mars
Aquarius	Saturn⁹		Saturn⁹	Mercuri⁹	Jupiter
Pisces	Jupiter	Veneris	Venus	Mars	Luna
			in die	in nocte	pticeps.

Tabula graduū puteorū.

Aries	6	11	16	23	29	
Taurus	5	12	24	30		
Gemini	2	12	17	26	30	
Cancer	12	17	23	24	30	
Leo	6	13	15	22	23	28
Virgo	8	13	16	21	25	
Libra	1	11	20	30		
Scorpius	9	10	20	23	27	
Sagictarius	1	12	15	24	27	30
Capricorn⁹	2	7	11	22	24	28
Aquarius	1	12	17	24	29	
Pisces	4	7	24	27	28	

tatum planetarũ

	2										1		
	Domini terminorũ										Domini facierũ		
											prime	2[e]	tertie
♈	♃	1.6	♀	7.14	☿	15.21	♂	22.26	♄	27.30	♂	☉	♀
♉	♀	1.8	☿	9.15	♃	16.22	♄	23.24	♂	25.30	☿	☽	♄
♊	☿	1.7	♃	8.13	♀	14.20	♂	21.26	♄	27.30	♃	♂	☉
♋	♂	1.6.	♃	7.13	☿	14.20	♀	21.27	♄	28.30	♀	☿	☽
♌	♄	1.6	☿	7.13	♂	14.18	♀	19.24	♃	25.30	♄	♃	♂
♍	☿	1.7	♀	8.13	♃	14.18	♄	19.24	♂	25.30	☉	♀	☿
♎	♄	1.6	♀	7.12	☿	13.17	♃	14.23	♂	24.30	☽	♄	♃
♏	♂	1.6	♀	7.13	♃	14.21	☿	22.27	♄	28.30	♂	☉	♀
♐	♃	1.8	♀	9.14	☿	15.19	♄	20.25	♂	26.30	☿	☽	♄
♑	♀	1.6	☿	7.12	♃	13.19	♄	20.25	♂	26.30	♃	♂	☉
♒	♄	1.6	☿	7.12	♀	13.21	♂	22.26	♃	27.30	♀	☿	☽
♓	♀	1.8	♂	9.14	☿	15.20	♃	21.25	♄	26.30	♄	♃	♂

Tabula graduũ lucidorũ ⁊ tenebrosorũ vacuorũ ⁊ fumosorum.

♈	te. 1. 3	lu. 4. 8	te. 9.17	lu. 18.20	va.21.24	lu. 25.29	va. 30	
♉	te. 1. 3	lu. 4. 7	va. 8.12	lu. 13.15	va. 16.20	lu. 21.28	te. 29.30	
♊	lu. 1. 4	te. 5. 7	lu. 8.12	va. 13.16	lu. 17.22	te. 23.27	va. 28.30	
♋	lu. 1.12	te.13.14	va. 15.17	fu. 18.19	lu. 20. 28	va.29.30		
♌	te. 1.10	fu.11.20	va.21.30	(	fu.23	lu.24.26	va.27	te.28.30
♍	te. 1. 5	lu. 6. 8	va. 9.13	lu. 14.17	fu. 18	va. 19	lu.20.22	
♎	lu. 1. 5	te. 5.10	lu. 11.18	te. 19.21	lu. 22.27	va. 28.30		
♏	te. 1. 3	lu. 4. 8	va. 9.14	lu. 15.20	fu. 21.22	va. 23.27	te.28.30	
♐	lu. 1. 4	te. 5. 7	lu. 8.13	fu. 14. 17	lu. 18.24	te. 25.30		
♑	te. 1. 7	lu. 8.11	fu.12.15	lu. 16. 19	te. 20.22	va. 23.26	te.27.30	
♒	fu. 1. 4	lu. 5. 9	te. 10.13	lu. 14. 21	va. 22.25	lu. 26.30		
♓	te. 1. 6	lu. 7.12	te.13.18	lu. 19. 22	va. 23.25	lu. 26.28	te. 29.30	

Capitulũ sextũ de aspectibus planetarũ.

STelle dicunt̃ esse in gradibus in quib⁹ fiunt accordamẽta qñ sunt cõiuncti uel oppositi uel cũ de tertio uel quarto aut sextili dextro uel sinistro se aspiciũt aut in gradib⁹ equaliter elongati ab altero equinoctiorũ uel ab altero tropicorũ ꝛc̃. ¶ Stelle dicunt̃ esse ꝛc̃. Pars hui⁹ habet̃ a Ptolemeo ꝛ Haly in. 14º. capitulo prime partis quadripartiti. Et alia pars ex. 15º. capitulo eiusdẽ prime partis. Itẽ etiã Albumazar in tertia differentia sexti tractat⁹ ꝛ breuiter omẽs concedũt istos aspectus imo quasi tota astronomia est ex istis principalib⁹ magis ꝙ̃ de quibuscũq; alijs. ¶ Notandũ ẜm Ptolemeũ in quarto capitulo prime partis ꝙ ꝑ rectificationẽ figurarũ quá faciunt planete in respectu solis ꝛ lune cognosces virtutes omniũ planetarũ qꝛ tunc mutant aerẽ augendo uel minuẽdo a virtute luminariũ. ¶ Item sciendũ Ptolemeũ ꝛ haly in. 14º. capitulo prime partis quadripartiti. ꝙ si semicirculus diuidat̃ in tales partes ẜm quas caderent accordamenta musicalia in partibus cõsimilib⁹ diametri inuenient̃ qualitates circuli in quib⁹ aspect⁹ supradicti. Cã autẽ quare hec cõputatio fit tantũmodo in semicirculo est qꝛ ꝯsimiles aspectus uel ꝯsimiles distantie post oppositionẽ sicut p⁹ ꝯiunctionẽ nisi ꝙ fiñt in vna parte dextri ꝛ in alia parte sinistri etiã tota diameter correspondet cuilibet medietati circuli. ¶ Si igit̃ capiatur medietas diametri hic cadit accordamentũ ipsi⁹ dyapason que fit ẜm ꝓportionẽ duplam. Similiter si capiat̃ medietas semicirculi fit distantia. 90. graduũ ẜm quã fit aspectus quartus. Si v̓o capiant̃ due partes diametri hic cadet accordamentũ ipsius dyapenthe que est proportio sesq̲altera seu tria ad duo. Similit̃ si capiant̃ due tertie semicirculi fiet distantia. 120. graduũ ẜm quã fit aspectus trinus. Item si capiat̃ tertia diametri hic cadit accordamentũ dyapenthe cum dyapason. s. ꝓportio vni⁹ ad. 3. Similiter si capiatur tertia pars semicirculi fiet distantia. 60. graduũ ẜm quã fit sextilis aspectus. Cõiunctio autẽ ꝛ oppositio sũt ad similitudinẽ vnius soni. vnde qñ sũt cõiuncti duo planete uel oppositi ꝓijciunt radios suos ꝑ eandẽ lineã. s. ꝑ eandẽ dyametrũ mũdi. Et sicut inter cõsonãtias seu ꝓportiones musicales. He sunt principaliores: ita in istis distantijs aspectuũ principali⁹ reseruat̃ celestis armonia. ¶ Ulterius sciendũ ẜm Ptolemeũ ꝛ haly in eodẽ capitulo. 14º. prime partis. ꝙ trinus ꝛ sextilis aspectus sũt amicabiles ꝓpter conuenientiã signorũ Quartus autẽ ꝛ oppositus inimicabiles ꝓpter discõuenientiã. De gradibus etiam dicunt Ptolemeus ꝛ haly in capitulo. 15º. prime partis ꝙ

vna pars illorū graduū est alta ꝛ alia bassa ꝛ qñ equedistant troipicis tūc sunt arcus diurni equales. ꝛ hec de se nota sunt. ¶ Sciendū ꝫm Albumazar vbi supra ꝙ oppositio est fortior aspectuū: deinde q̄rtus: deinde trinus: vltimo sextilis. ¶ Dubitat̄ vtrū ꝫm gradus equales uel ꝫm gradus ascensionū in circulo recto uel obliquo debeāt sumi isti aspect⁹ Itē potest queri ꝫm quā distantiā incipit applicatio ad aspectum ꝛ ꝫm quā durat fortitudo aspectus. Uide in tertia differentia septimi tractatus Albumazaris ꝛc̄.

Capitulū septimū de centro aspectuū planetarū uel zenith uel athazir.

Tem stelle dicunt̄ esse i centro respectu alteri⁹ cū vna fuerit in cōiunctione uel oppositiōe eiusdē aut in altero predictorū aspectuū aut p. 12. grad⁹ ante coniunctionē uel p 12. gradus post cōiunctionē: aut p. 12. gradus ante oppositionē aut p. 12. grad⁹ post. Aut ꝫm distantiā. 45. graduū uel. 125. uel. 225. uel. 315. ¶ Itē stelle dicunt̄ esse ꝛc̄. Alkindus in. 4º. capitulo. Haomar in ca.º Quotiens itaq; Haly abenragel i 29º. ca.º octaue partis. ꝛ plures alij faciūt mentionē de huiusmodi cētris ¶ Sciendū ꝙ Leopaldus Haomar ꝛ Haly abenragel nō ponunt aspectū trinū esse de centris. Sciendū etiā ꝙ Alkindus quē credo sic habere correctū ponit ꝙ iste partes debent sumi ꝫm ascensiōes climatū. Sciendum etiā ꝙ potius dicunt̄ centra lune q̄ȝ alteri⁹ planete q2 cum luna tm̄ distat a sole fiūt ut in plurib⁹ iudicia ꝫm ista centra. Itē a quibusdā vocant̄ athazir: ab alijs zenith. s; nō est vis de nominib⁹.

Capitulū octauū. Quid agant planete.

Ol calefacit ꝛ aliquantulum desiccat. Luna humectat ꝛ parū calefacit. Saturnus infrigidat ꝛ modicū desiccat. Jupiter temperate calefacit ꝛ humectat ꝛ facit ventos generatiuos. Mars ꝓprie desiccat ꝛ cōburit. Uenus calefacit parū ꝛ humectat multū. Mercuri⁹ qñq; desiccat qñq; humectat ꝫm planetā cū quo uoluit̄. ¶ Sol calefacit ꝛc̄ Hoc principalit̄ a Ptolemeo. 4º. ca.º Et facit ventos. ꝑme ꝑtis quadripartiti. ꝛ quasi oēs hoc concedūt q̄uis aliū modū cognoscēdi virtutes planetarū uel aliā causā quare saturnus est frigidus. ꝛ sic de alijs ponant plures q̄ȝ Ptolemeus. ¶ Sciendū ꝫm Ptolemeū ibidē ꝙ luna modicū calefacit ꝓpter lumen receptū a sole ꝛ ꝓpter hoc facit putrescere. ¶ Dubitatur vtrum saturnus possit infrigidare ꝛ vtrū per radiū uel per motū uel quomodo. Item vtrū sit calidior sole.

Capitulũ nonũ Qualitates planetarũ quõ mutant̃

ITem in saturnus est frigidus semꝑ: tñ ꝫm magis ⁊ minus. ſ ʒ siccitas eius qñqꝫ mutat̃ in humiditatẽ. Mars ẽ semꝑ calidus ꝫm magis ⁊ minus. siccitas tamen eius nõ semꝑ manet in eo. verbi gratia Cũ fuerit planeta descendens in circulo augis ⁊ in signo humido ⁊ in termino humidi planete: ⁊ in quarta humida a sole. tunc est humidus ꝫm ꝙ plura uel pauciora humiditatis habuerit testimonia ⁊ ecõtra. ¶ In quantitatibꝰ vͦo actiuis confortat̃ cum fuerit ascendẽs in circulo augis uel cũ simılibꝰ ⁊ ecõuerso si descendens. uel cũ dissimilibꝰ. ¶ Jupiter ⁊ venus tẽperate calefaciũt ⁊ humectant. Ascendentes tñ confortat̃ tẽ-peramentũ caloris eorũ. Descendentes vͦo fortificat̃ temperamentũ hu-miditatis. i. incendit̃ humiditas. Similiter est de sole suo modo. Con-sidera etiã signa ⁊ terminos planetarũ etiam sicut primo. ¶ De mercu-rio specialiter est dicendũ qui ⁊ si sit parũ siccus ⁊ parum frigidus per se tamen si est ascendens tunc est parũ calidus ⁊ grauitate siccitate siccus Et si descendens est humidus cum modico frigoris: tamen plus q̃ alij mutat̃ ꝫm complexionẽ loci in quo est ⁊ planete cui cõiungit̃. ¶ Item saturnus est ⁊c̃. A. 7º. capitulo uel septima differentia quarti tractatꝰ ma-gni introductorij. Albumazar. Notandũ ꝙ non oportet considerare in qua quarta a sole sint venus ⁊ mercurius qꝛ nõ multũ elongant̃ ab eo. ¶ Sciendũ ꝫm Ptolemeũ. 12º. capitulo prime partis ꝙ virtutes quibꝰ operant̃ stelle mutant̃ ꝑ statum temporis ⁊ angulorũ. vnde cũ suo simi-li confortant̃ ⁊ cum suo dissimili debilitant̃. diuersis.

Capitulũ decimũ Qualitates planetarũ quõ mutant̃ i suis habitudibꝰ

ITem planete superiores ab ortu uel a cõiunctione solis vsqꝫ ad stationem primam sunt humidi. Deinde vsqꝫ ad oppositionez solis sunt calidi. Deinde vsqꝫ ad stationem secundam sicci. Deinde vsqꝫ ad combustionẽ uel cõiun-ctionem solis frigidi. ¶ Inferiores retrogradi ab ortu quousqꝫ dirigant̃ sunt calidi. Deinde ad cõiunctionẽ so-lis sunt humidi. Et abinde vsqꝫ ad retrogradationem sicci. Et abinde a retrogradatione vsqꝫ ad coniunctionẽ solis frigidi. Uel sic. Inferiores vͦo ab ortu quousqꝫ retrogradant̃ sunt humidi. Deinde ad coniunctio-nem solis calidi. Et abinde vsqꝫ ad retrogradationem sicci. Deinde vsqꝫ ad retrogradationẽ frigidi. ¶ Aliter adhuc de inferioribus sic: venus ⁊ mercurius postq̃ sepant̃ a sole ⁊ sunt directi donec sũt in medio sue di-rectionis humectant. Postea vsqꝫ ad stationem primam calefaciunt. Deinde vsqꝫ ad medium retrogradationis desiccãt. Deinde vsqꝫ ad cõ-

buſtionem infrigidant. Poſtq̃ꝫ etiã ſepantur a ſole retrogradi exiſten-
tes ⁊ apparent in mane donec eoꝛũ retrogradatio compleat̃ ⁊ fiant di-
recti. habẽt ſimiliter quattuoꝛ ſtatus ſimiles iſtis ⁊c̃. ¶ Luna vͦ in pri-
ma quarta menſis eſt humida principaliter. in ſecunda calida. in tertia
ſicca. in quarta frigida. ita ꝙ ſuo modo q̃ttuoꝛ quarte lunationis quat-
tuoꝛ quartis anni coꝛreſpondent. ¶ Item planete ſuꝑioꝛes ⁊c̃. Ab al-
bumazare quarta differẽtia ſeptimi tractatus ſui magni introductoꝛij.
Itẽ venus ⁊ mercuriꝯ ⁊c̃. Habet̃ ab haly in gloſa penultie ꝓpoſitiõis. 8ͥ
ca. prime ꝑtis. Luna vͦ i pͣ q̃rta ⁊c̃. hoc a Ptolemeo. 8ͦ. caͦ. prime partꝭ.

Capitulũ vndecimũ Qñ planete magis augent̃ in ſuis operationibꝯ

Item foꝛtioꝛ eſt caloꝛ planetarũ quando ſunt retrogradi. Item quãdo fuerit planeta a capite cancri ad caput libꝛe eſt in ſũmo caliditatis ſue ⁊ foꝛtioꝛ caliditas ſi cum hoc fuerit in longitudine ꝓpioꝛi epicycli. ¶ Itẽ caliditas illic eſt duobꝯ modis: aut a ſtatione prima ad oppoſitionẽ cuꝫ caliditate: aut ab oppoſitione ad ſtationẽ ſecundam cum caliditate vincente que eſt fine ſiccitatis. Sꝫ a ſtatione ſecũda vſqꝫ ad abſconſionẽ ſub radijs debilitatur caloꝛ eius: ⁊ cum fuerit ſub radijs nõ apparet in eo effectus caliditatis: quando exit de radijs vſqꝫ ad ſtationẽ primam incipit caloꝛ eius creſcere ita ꝙ dixerunt multi grecoꝛũ ꝙ tunc eſt ſignificatio humiditatis. ¶ Iteꝫ ex parte eccentrici iudica caloꝛẽ ſm̃ appꝛopinquationẽ a terra. Qñ igit̃ planeta fuerit in ſũmo epicycli ⁊ in ſũmo eccentrici ⁊ fuerit in prima q̃rta circuli illud eſt ſũmũ debilitatis caloꝛis initiũ: ꝙ nõ apparet effectꝯ caliditatis ſue in terra ſꝫ frigiditatis. Sꝫ qñ fuerit in ſecũda q̃rta circuli ⁊ i infimo epicycli ⁊ eccẽtrici erit ſũma vis ſue caliditatis quouſqꝫ accidat magna ſiccitas in terra. ¶ Itẽ nota ꝙ effectꝯ calidoꝛũ ſunt foꝛtioꝛes verſus zenith capitũ. ⁊ verſus meridiẽ debilioꝛes ſm̃ diſtantiã a zenith capitum Similiter ⁊ de frigidis ſꝫ effectus eoꝛũ aliquantulũ foꝛtioꝛes in ꝑte meridiei. ¶ Itẽ foꝛtioꝛ eſt caloꝛ ⁊c̃. Alkindus in primo caͦ. ¶ Itẽ nota ꝙ effectus foꝛtioꝛes ⁊c̃. Alkindus in quinto caͦ.

Capitulũ. 12ᵐ
De diuerſis oꝑatiõibꝯ in aere plaꝝ in diuerſis locꝭ i circulo diſcurrẽtiũ.

Item oẽs planete ponderoſi a ſtatione ſua ad oppoſitionẽ humectant ⁊ ab oppoſitiõe vſqꝫ ad ſtationẽ deſiccãt. Itẽ a ſtatiõe 2ͣ ad cõbuſtionẽ infrigidãt ⁊ a cõbuſtiõe vſqꝫ ad ſtationẽ caleſcunt. ¶ Itẽ foꝛtioꝛ caliditas ẽ in retrogradatiõe. Itẽ foꝛtioꝛ ſiccitas ⁊ hũiditas ẽ in declinatiõe ſeptẽtrionali. minoꝛ vͦ in meridionali ⁊ in facto hyemis ꝓ ſimilitudine tempoꝛis. ¶ Venus ⁊ mercurius oꝛientales ⁊ retrogradi humectãt. oꝛientales directi deſiccant. occidentales retrogradi infrigidant. occidentales directi deſiccant.

¶ Luna in prima quarta a sole calida ⁊ humida ⁊ si cū hoc fuerit ascē-
dens in circulo breui erit humida multū ⁊ fortius in prima ⁊ secūda 4^{a}
circuli ꝗ in tertia ⁊ q̃rta 4^{a}. In secunda q̃rta mensis est calida ⁊ sicca si
ascendens est sicca s℞m istā naturā. si descendens calida equalis In ter
tia q̃rta mensis est frigida ⁊ sicca. si ascendēs minuet̃ frigiditas si descē
dens minuet̃ natura sua. In q̃rta q̃rta a sole frigida ⁊ hūida. In ascen-
su frigiditas vincit. in descensu humiditas. Itē omnes planete ponde-
rosi ⁊c̃. hoc Alkindus.

Capitulū. 13^{m}. Quando planete sint maxme significationis pluuiarū.

Item scito ꝙ planete retrogradi significant sup pluuiam
⁊ eo magis inferiores qui sūt sub sole ⁊ eo magis siue in
feriores siue supiores in signis femineis. Et est testimo-
niū magis clarū si signū fuerit de signis frigidis siue ter-
reis siue aqueis. ¶ Itē scito ꝙ planete retrogradi ⁊c̃. hoc
Abraham de seculo.

Capitulū. 14. qñ planeta est iterū maioris significationis ꝑ pluuijs.

Item planeta cum est retrogradus a statione prima ad opposi
tionē notat plus pluuiā ꝗ ab oppositione ad stationē secundā
Item planeta cū est retrogradus ⁊c̃. hec hyspalensis.

Capitulū. 15. planeta in quolibet signo qualē aurā dat.

Item saturnus in ariete sub radijs facit pluuias ⁊ radiositates
⁊ nebulas pluuias. Uesptinus ventos frigidissimos. Matuti-
nus orientalis cōplexionē bonā ostendit. Stationariꝯ ⁊ fulgu
ra. Jupiter in ariete sub radijs facit pluuias. Uesptinus nebu-
las uel rores spargit. Matutinus orientalis serenū. Stationarius toni
trua facit. Mars in ariete sub radijs facit serenū. Uesptinus contrariū.
Matutinus turbationē temporū. Stationariꝯ fulgura ⁊ tonitrua. Ue-
nus in ariete sub radijs nihil erit venti. Uesptina ventū facit. Matuti-
na tonitrua ⁊ pluuias. Mercurius in ariete sub radijs tempestuosus ē.
Uesptinus parū bene cōplexionatus. Matutinus mundū aerē signifi-
cat. ¶ Saturnus in tauro sub radijs bonā complexionē facit. Uesptin⁹
siccitatē. Matutinus bonā complexionē. Stationarius vmbrosus tē-
pestuosus ⁊ tonitruos⁹ ē. Jupiter i tauro sub radijs mediocritatē aeris
significat. Uesptinus vmbras. Matutin⁹ abundantiā fructuū ⁊ pascue
Stationarius defectū fructuuz. Mars in tauro sub radijs tempus sine
vento facit. Uesptinus serenū. Matutinus ventos. Stationarius desic
cat aerē. Uenus in tauro sub radijs tonitrua significat. Uesptina sere-
num. Matutina bonam complexionē. Mercurius in tauro sub radijs

tempestuos⁹ ē ꝛ vmbrosus. Uesptinus bone cōplexionis. Matutinus roridus ꝛ madidus ꝛc. ¶ Saturn⁹ in geminis sub radijs siccus. Uespertinus aridus. Matutinus roridus bone cōplexionis. Sationarius infirmitates crescūt. Jupiter in geminis sub radijs bonā complexionem Uesptinus sanitatem. Matutinus sanitatē. Stationarius sanitatem.
¶ Mars in geminis sub radijs infirmitatē significat. Uesptinus calidissimus. Matutinus contrarietatez in hoibus. Stationarius calidus ꝛ siccus. Uenus in geminis sub radijs ad min⁹ desiccat. Uesptina ventosa. Matutina bonā complexionē. Mercurius in geminis sub radijs ventos excitat in mari ꝛ in terra. Uesptinus desiccat. Matutin⁹ bonaz complexionem. ¶ Saturnus in cancro sub radijs obscuros dies ꝛ validos ventos ꝛ ꝓcellas in mari. Uesptinus mare reddit apertū ad nauigandū. Matutinus bone complexiōis. Sationari⁹ diuturnas infirmitates. Jupiter in cancro sub radijs tranquillū mare significat ꝛ abundantiā piscium. Uesptinus bonam complexionē ꝛ sanitatem. si matutinus cū bona complexione. Stationarius facilitatē in rebus. Mars in cancro sub radijs combustionez. Uesptinus infirmitates. Matutinus lites inter homines. Uenus in cancro sub radijs tempus absq; vento. Uesptina bonam complexionē. Matutina serenū. Mercurius in cancro sub radiis mare eleuat. Uesptinus tranquillitatē. Matutinus bonam complexionē ꝛ sanitatē. ¶ Saturnus in leone sub radijs in corpore reumatismos ꝛ ex humiditate turbationē: in aere siccitatem facit. Uesptinus ariditatem. Matutinus bonā complexionē. Stationarius ariditatem ꝛ siccitatē. Jupiter in leone sub radijs annuales ventos inducit. Uesptinus bonaz complexionē. Matutinus robur in impatore ꝛ ꝓuenit ex fortitudine. Stationarius infirmitatū remissionem ꝛ minutionē Mars in leone sub radijs infirmitates impatoris. Uesptinus ardorem determinat. Matutinus destructiones. Stationarius infirmitates. Uenus in leone sub radijs ardorem facit. Uesptina iumentoruz infirmitates. Matutina bonam complexionē. Mercurius i leone sub radijs ab occidente ventū educit. Uesptinus suffocationē. Matutinus serenū. ¶ Saturnus in virgine sub radijs nocens est ꝛ infirmitates facit seu infert. Uesptinus difficultatem aeris. Matutinus siccitatē. Stationarius infirmitatez. Jupiter in virgine sub radijs abundantiā significat. Uesptinus bonam complexionē. Matutinus sanitatem. Stationarius bonum ꝛ gaudiū. Mars in virgine sub radijs nocumentū infirmitatum. Uesptinus suffocationis est. Matutinus vo lites. Stationarius siccitatem. Uenus in virgine sub radijs desiccat. Uesptina bonaz

conditionem dat. Matutina humiditatē. Mercurius in virgine sub
radijs procellas in mari validas significat. Uespertinus siccitatē. Ma
tutinus super humidos ꝛ bene complexionatos. ¶ Saturnus in libra
sub radijs occultas infirmitates infert. Uespertinus inequalitatē aeris
Matutinus frigidos ꝛ siccos ventos facit. Stationarius febrem quar
tanam inducit. Jupiter in libra sub radijs bonā complexionē aeris.
Uespertinus sanitatem. Matutinus infirmitates expellit. Stationa-
rius bonum tempus facit. Mars in libra sub radijs siccum ꝛ ariduꝫ
aerē facit. Uespertinus pluuiosus. Matutinus turbationes ꝛ tonitrua
Stationarius aridus ꝛ siccus est. Uenus in libra sub radijs est humi
da. Uespertina bene complexionata. Matutina fantastica est ꝛ humi-
ditates facit. Mercurius in libra sub radijs fortissimos ꝛ cōtrarios
ventos. Uespertinus bene complexionatus. Matutinus semper humi
dus ꝛ vtilis est. ¶ Saturnus in scorpione sub radijs frigidum aerem si
gnificat. Uespertinus congelationem. Matutinus septentrionaliuꝫ ꝛ
frigidorum ventorum est significator. Stationarius obscuros dies.
Jupiter in scorpione sub radijs frigidam pluuiaꝫ significat. Uesper-
tinus bonam complexionem. Matutinus bonum ꝛ augmentationem
pisciū significat. Stationarius tranquillitatem. Mars in scorpione
sub radijs tranquillitatem in mari. Uespertinus
Matutinus ventos. Stationariꝰ tonitrua ꝛ fulgura. Uenus in scor-
pione sub radijs sine pluuia est. Uespertina pluuiosa. Matutina mul-
te pluuie. Mercurius in scorpione sub radijs tempestuosus. Uesperti
nus sine pluuia. Matutinus pluuiosus. ¶ Saturnus in sagictario sub
radijs pluuiā ꝛ nebulositatem. Uespertinus frigiditatem ꝛ ariditatem.
Matutinus frigiditatem ꝛ congelationeꝫ. Stationarius infirmitates
hominū. Jupiter in sagictario sub radijs bonam complexionē. Ues-
pertinus pluuias multas. Matutinus serenū. Stationarius impfectio
nem ꝛ nocumentum. Mars in sagictario sub radijs sine humiditate
est. Uespertinus infirmitatem ꝛ pestilentiā. Matutinus multorū mili-
tum cōmotionem. Stationarius impfectionem ꝛ nocumentum. Ue
nus in sagictario sub radijs pluuiosa. Uespꝫtina ventosa ꝛ frigida. Ma
tutina bone complexionis. ¶ Mercnrius in sagictario sub radijs mul
tam pluuiā significat. Uespertinus sine humiditate. Matutinus bonā
complexionem significat. ¶ Saturnus in capricorno sub radijs signifi
cat ventos boreales cum aeris obscuritate. Uespertinus frigiditates.
Matutinus frigiditatem boream. Stationarius obscuros dies facit.

Jupiter in capricorno sub radijs humidũ aerem significat. Vesper-
tinus pluuiam. Matutinus tranquillitatẽ in mari ⁊ in fluminibꝰ signi
ficat. Stationarius aquarũ est signator. Mars in capricorno sub ra-
dijs nutrit. Vespertinus bonam complexionez. Matutinus hyemales
dies ꝑ loca facit. Stationarius tranquillitatez ⁊ ꝑfectionem. Venus
in capricorno sub radijs gelida est. Vespertina frigida. Matutina plu
uiosa. Mercurius in capricorno sub radijs semꝑ est pluuiosus. Ves-
pertinus ¶ Saturnus in aquario sub radijs hyemẽ fa-
cit duram. Vesꝑtinus timorẽ in mari ⁊ in fluminibus. Matutinus plu
uiam ⁊ hyemẽ. Stationarius frigus ⁊ glatiosus. Jupiter in aquario
sub radijs bonam complexionẽ. Vesꝑtinus multã pluuiã. Matutinus
multã infirmitatem repellit. Stationarius pluuiã ⁊ nutrimentũ affert.
Mars in aquario sub radijs ariditatem. Vesꝑtinus absentiã vento
rum. Matutinus incisionem eorũ. Stationarius nocumentũ ⁊ motio-
nem significat in mari. Venus in aquario sub radijs nebulosa. Ves-
pertina calida ⁊ ventosa. Matutina pluuiosa ⁊ caliginosa. Mercu-
rius in aquario sub radijs niuosus. Vesꝑtinus calidus aut gelidus tur
bulentꝰ. Matutinꝰ pluuiosus. ¶ Saturnus in piscibꝰ sub radijs vino-
sus. Vesꝑtinus pluuiosus. Matutinus bonã complexionem. Statio-
narius inequalitatem significat. Jupiter in piscibus sub radijs au-
gmentũ piscium. Vesꝑtinus bonam complexionem. Matutinus tran
quillitatẽ in mari ⁊ fluminibus. Stationarius bonã ⁊ temperatã plu-
uiam. ¶ Mars in piscibus sub radijs raritatem pisciũ. Vesꝑtinus ari-
ditatem. Matutinus fulgura ⁊ tonitrua. Stationarius inequalitates i
corporibus significat. Venus in piscibus sub radijs gelidũ tempus.
Vesꝑtina aquosa ⁊ ventosa. Matutina bonã complexionem ⁊ germi-
na ⁊ feces nutrit. Mercurius in piscibus sub radijs tempestuosus ⁊
pluuiosus. Vesꝑtinus bonam complexionẽ. Matutinus tranquillita
tem ⁊ bonam complexionẽ significat. ¶ Itẽ saturnus in ariete sub ra-
dijs ⁊c̃. hoc totum ponit̃ in quodam paruo tractatu quẽ composuit dñ
haly. ¶ Sciendũ ꝑm haly abenragel in quarto capitulo prime partis
In naturis planetarũ. Per solem fit decursus aquarũ: motus ventorũ
nascunt̃ nubes ⁊ veniunt pluuie. ¶ Luna ẽ vnus planetarũ significan-
tiũ pluuias. similiter venus ⁊ mercurius. Per iouẽ clarificatur aer cur-
runt venti ⁊ salutifere pluuie. s. temporibus debitis ꝑ equalitatẽ ⁊ tem-
periẽ. calor estatis ⁊ frigus hyemis remittunt̃. Per martẽ ⁊ eiꝰ accessũ ⁊
recessum in suo circulo crescit ⁊ decrescit calor estatis ⁊ hyemis frigidi-
tas omni anno. Et est mutabilis qꝛ vna vice humidꝰ ⁊ alia siccus. vnde

quando erigit̃ in circulo suo ⁊ sepat se ac retrahit se a fumositatibꝰ terre
⁊ humoribus. fortificatur eius caliditas ⁊ siccitas. quando vͦ descēdit
humectat̃ ⁊ minuit̃ calor eius. Et qñ est significator pluuie facit scintil-
lationes ⁊ tonitrua ⁊ radios ⁊ facit mirabilia i aere. debilitat̃ in signis
aqueis ⁊ fortificatur in signis igneis. De venere dicunt sapientes ꝙ qñ
retrogradat̃ a sole in capricorno aquario ul' in piscibꝰ existente: hyems
illius anni erit humida ⁊ pluuiosa. Et si retrograditur quando sol est ī
ariete uel tauro erunt pluuie ⁊ humiditates in vere illius anni ꝓpter re-
trogradationē veneris ⁊ accessum eius erga solem ⁊ introitum sub cor-
pore ⁊ radijs solis. ¶ Mercurius est vnus triū planetarū pluuias signi-
ficantiū. ꝑ eum ⁊ ꝑ mutationē suam de signo in signum ⁊ ꝑ statum eius
⁊ retrogradationem ⁊ directionē ipsius ⁊ ꝑ oppositiones ⁊ coniunctio-
nes suas scient̃ motus ventorū ⁊ eorum fortitudines in omnibus tem-
poribus illius anni: quoniam quando exit de vno signo ⁊ intrat aliud:
uel quando est stationariꝰ uel retrogradus significat ventos fortes hu-
miditates ⁊ pluuias ⁊ in aere accidentia de nubibꝰ ⁊ turbationes ⁊ his
similia. Similiter quando est in oppositione lune luna existente in ali-
quo signorum aqueorū significat qḋ prediximus. ¶ Itē ꝑ hyspalensem
in primo capitulo volens scire ⁊c̃. luna in pluuia habet posse. Et sol nūc
pluuiā nunc serenitatē significat. Nam cum est in loco inferiori circuli
pluuiā significat. In supiori vͦ serenitatē. sic est iudicium omniuꝫ pla-
netarū. Et luna accipit virtutem a planetis dans terre put natura eorū
existit ⁊ ut planete ꝑmutant̃ a dextro in sinistrū uel econuerso. Uel a ve-
locitate in tarditatē ⁊ econuerso: uel egredit̃ aliquē angulorū sic aeris
ꝑmutatio erit. nā si mobilis est mouetur econuerso motu ventorū. Si-
militer facit cōiunctio planets uel aspectue. sic etiaꝫ significat aspectus
astrorū fixorū. ¶ Item ſm Albumazar in primo capitulo secūde diffe-
rentie primi tractatus sui introductorij nisi fieret participatio planeta-
rū cū sole ⁊ luna vna estas alia calidior. Et similiter suo modo de hye-
me. ¶ Item ſm albumazar tertio tractatu sui magni introductorij plu-
ra bona habent̃ de accessibus ⁊ recessibus maris ſm motū lune. Sꝫ de
hoc quere ⁊c̃. ¶ Item de virtutibꝰ planetaꝝ multa bona dicit Albuma-
zar in sexta differentia quarti tractatus. Sꝫ modicū aut nihil est ibi fa-
oppositione ꝛ cõuentu aut etiam sit recepta. Adhuc etiã cui luna appli cet quinto gradu constiterit: Cita etiã sit uel tarda uel media in austrũ descendens aut in septẽtrione conscendat: quibus omnibꝰ certo ordine deprehensis luna stella qua die primo pluere incipit applicatio certum de imbribus p singulas ferias dabit iudiciũ: quousqꝫ videlicet ea stella ad aliud signũ transit: ea tñ aliud signum ingressa de pluuiaruꝫ iudicio tali uel tali die nullatenus p̄sumendũ erit donec qꝫ qñ luna eidem rursus applicet pfecto discernas. Si vo applicatio imbres demõstret alios iuxta ipsum modũ ꝛ numerũ de multitudine ꝛ paucitate referendũ erit etiã illius signi naturã humidũ videlicet fuerit aut siccũ aut mediũ. Jtidem quoqꝫ signũ stelle cum qua sit lunaris applicatio: nam etiã ea die qua imbres expectas lune cursum celeritas ul' tarditas eiusqꝫ in austrũ descensus aut in septẽtrione sublimatio notanda videt̃. Et de stella cui hec applicat in hunc modũ: nã ex stelle huius statu nõ minima imbriũ erit agnitio lune rursum atqꝫ stelle latitudo pariter notanda. vtraqꝫ eni australis ꝛ visioni existens affinior: ꝛ latitudo similiter eadeꝫ die largit̃ ingruentiaꝫ latitudine quidẽ diuersa si nec assit receptio nubes p̄tendit steriles aut parũ ponit fecundas. Ad hunc quoqꝫ modũ in qualibet regione uel vrbe aut termino si de lune applicatiõe uel receptione aut cõtra de eisdẽ necne in p̄dictis locis siti de natura etiã signorũ stelle cui ap plicat ea que diximus repiri contigerit nec aliqđ detur iudicium nisi inquantum stelle alteri velociori applicat aut in eius cõuentu sit: qꝛ igit̃ ꝛ hic ducatũ pmeruit iuxta eius potentie vires ꝛ debilitatẽ de iudicio erit referendũ ꝛc̃. Jtem ꝑm antiquos ꝛ peritissimos astrologos ꝛc̃. hoc etiã habet̃ in libello qui incipit Cum multa ꝛc̃. Capitulũ. 12.

Item considera ascendens cõiunctionis mensis arabum si ibi fuerit fortuna: fiducia erit de pluuia si infortuna nõ erit. Similiter de alijs angulis ascendentis ꝛ aspice qñ luna erit in opposito gradu ascendẽtis cõiunctionis ꝛ aspexerit eam aliquis planetarũ significantiũ pluuiã erit pluuia. Jtem considera ascendens ꝛc̃. hoc Alkindus in sexto capitulo. Capitulum. 13.

Item in principio mensis considerat̃ luna si fuerit in aliqua mansionũ pluuiosarũ applicatqꝫ ipsã planeta retrogradus ꝛ eo si fuerit ipsa in signo feminino: ꝛ hoc magis si fuerit aliquo signoꝝ aqueoꝝ tũc signat ipsa sup pluuiã ꝛ hoc est considerandũ potissime in principio mensis añ introitũ solis in arietẽ. Postea in quolibet aliarũ q̃r tarũ

anni q̃ꝛ tunc qualitates tempoꝛũ mutant̃. ¶ Item qñ ab eodem minu-
to vnuȝ luminare recedet ab alio: vide in qua mansione ⁊ singule stelle
fuerint dando cuilibet mansioni. 13. gradus ⁊ tertiã vnius incipiendo
a pꝛimo minuto arietis: ⁊ considera vtrũ sit in humida sicca uel media
scias etiã aspectus complexiones ⁊ applicationes planetarũ illa hoꝛa.
Similiter fac in ⁊ duab⁹ quadraturis vnde qñ luna erit in signo
humido ⁊ planeta aspiciat eã aut cõiunget̃ ei signat generationem plu-
uie p̃cipue si aspexerit aliqua infoꝛtuna. Si enĩ aspiciat infoꝛtuna aut
applicet̃ ei iens ad eam qñ luna ꝑueniet ad eam leuis quieta. Si autẽ
martẽ pluuiam signat cũ fulgure ⁊ tonitruo ⁊ grandine. cum mercurio
pluuiã cum vento foꝛti inter sese distillanteȝ. Et si fuerint luminaria in
eadem mansione signat multã pluuiã cum magnis guttis. ¶ Itẽ in pn̈-
cipio ⁊c̃. hoc Abꝛaham de seculo ⁊c̃. Item qñ ab eodẽ minuto ⁊c̃. hoc
Alkindus octauo capl'o. Capitulũ. 14.

Gradus iterũ cõuentus uel oppositionis ꝑ singulos men-
ses: cui etiam luna applicet donec ad solis redeat cõuen-
tum: aut saltem ab oppositione seꝑatur nullatenus obli-
uionis tollat incõmodũ. Nã cũ mercurio aut veneri ap-
plicet sub eodẽ cõuentu uel oppositione pluuias effũdit.
Si v̈o de signo. 10. de exagono videlicet aut trigono aut
oppositione luna videris applicantẽ stella cui cõuentũ uel oppositiõis
relictis ea applicet iuxta citũ cursum uel tarditatẽ descensum uel ascen-
sum nec minus quoq̧ ꝺm illius loci naturã ⁊ ꝺm lune ⁊ illius stelle lati-
tudinẽ ut suꝑius dictum est iudicij semita teneat̃. Si enĩ in eadeȝ parte
aut cardine discurrat ⁊ stella cũ qua lunaris fit applicatio sub terra mo-
retur de antedictis facit iudiciũ. Si eni stella oꝛiens nõ respiciat quãdo
quelibet figura euȝ respexerit imbꝛiũ sequit̃ renouatio. Ad hunc quoq̧
modũ lune in oꝛiente aut stellarũ ipsaꝝ negato respectu dum tñ ea plu-
uias designet absq̧ nubiũ obscuratione subiti imbꝛiũ aderũt discursus
De mansione quidẽ lune indoꝛũ animaduerte sententiã: i humida vi-
delicet aut sicca ut indoꝛũ fides est: luna i humida mansiõe stelle in hu-
mida mansione applicans pluuias ostendit: potissimũ quidẽ si in eodẽ
nodo constiterit in humida q̃ si in diuersis ⁊ humectantibus discurrãt
⁊ si nõ generales: pluuie tamen erũt: ea eni si locata stelle i mediocri lo-
cate ⁊ in vno nodo applicans paucis affluit imbꝛib⁹ quoꝛuȝ sunt initia
sũt fine ipsa foꝛtioꝛa erunt. luna eni in mediocri existente dum tñ eideȝ
stelle in humido ⁊ nodo vno existenti fiat applicatio ⁊ si exoꝛdio min⁹
in fine tñ multipliciter aderit redũdantia. poꝛꝛo si eũdem minime obti-
neant nodum imbꝛiũ mediocritas plerũq̧ etiã imbꝛes occurrent sȝ ste-

riles. ¶ Gradus iterũ cõuẽntus &c. hoc in libello q incipit Cũ multa &c.

Capitulum. 15.

Tem p singulos menses in cõiunctione uel oppositione solis & lune oriens est firmandũ stellarũ quoq lunarem necnõ cũ ceteris applicationib⁹ accentus pscrutari neces se est. Ea igit̃ veneri uel mercurio applicante & hinc plu uiosius erit ad maiorẽ. Deinceps ad hui⁹ rei euidentiã no tandũ qñ luna cardines ingrediẽs veneri & mercurio ap plicat ipsa ducit die pluuias nisi forte in principio illius cũ marte facta fuerit applicatio. q si aliqñ accidisse ppendas fulgura exauget atq to nitrua tñ paucos denunciat imbres nisi rursum in oppositiõe cõstiterit q si luna a sole recedens fortunatis applicet in prima mensis parte plu uias effundit nõ modicas: Nõ aliter quoq circa oppositionẽ oriẽte fir mato luna fortunatis applicans: cũ ab oppositiõe recesserit alterã men sis partẽ copiosis replebit imbrib⁹. In cõuentu uel oppositione cũ ve nere & saturno signũ aquaticũ obtinenti applicatio & hec duo loca im bribus multis redũdabũt nisi forte in signo igneo cõmoret̃. martis rur sum cu saturno applicatio nubes imbres & ventos multiplicat nubes detrahit & aera corrumpit: mercuri⁹ iterũ hora cõuentus & oppositiõis veneri applicans pluuiarũ inundatione gaudebit. Item p singulos &c hoc in libro haomar ca⁹ Capitulũ. 16.

De pnosticatione ventorũ p stellas fixas & planetarũ aspectus.

Tem ventorũ cognitio & pluuiarũ experiẽtia sicut imbriũ ex cõuentu uel oppositione & duob⁹ tetragonis oĩno de pendet quare est: stellas quoq ventos designant mercu riũ videlicet martẽ & solẽ attendere res hortat̃. Cũ enim mars vẽtos exaugeat saturn⁹ phibet & maxime retrogra dus & in signo terreo discurrens: nõ minus quoq aquati ca & sicca contradicunt. mercurius enĩ stella est ventorũ & pariter aerea signa. Ut igit̃ veniẽtes puideas ventos mercuriũ attendere oportebit. luna enĩ postq̃ a cõuentu recedit eidẽ applicãs & cũ eo & sub eodẽ cõne xu in cõtraria mansione discurrẽs ventorũ nũciat discursus. rursũ mer curio cũ saturno applicante aut eodẽ cũ ipso in eodẽ nodo & mansione discurrẽs nec ille retrograd⁹ obscuros efficit & aerẽ variat etiã sepe i aere ventorũ timẽda nascit̃ rabies. ¶ Unde notandũ q saturn⁹ retro gradus etiã si mercuri⁹ eidem applicet ventis penit⁹ cõtradicit. mercu rio marti applicante aut in eius cõuentu aut eodem nodo & mansione que ventos iudicat venti calidi procedunt & in aere feruor generatur:

nubes quoqꝫ horizonta possident plerūqꝫ ignes ab ethere dilabunt̄ uel in eodem apparent uel ventorū calor alterat̄ marte potissimū retrogrado. Marte quoqꝫ in signo cōmorante ꝛ minor inest ventorū significatio: verū pluuias multas ex modico ventorū largit̄. nā idem mercurius ioui applicans aut veneri aut in mansione ventos significante ꝛ in eodem nodo cōstiterit ventos reducit. Jupiter autē maiorē in ventis assumit efficaciā: eius eni est omniū ventorū ꝓpitiatio ꝛ leuitas. mercurius itidē soli configurat⁹ aut eūdē nodū ꝛ mansionē que ventos signat obtinens ventos ferientes generat ꝛ pessimos. Subtilissime autē acquisitionis est mercurij ꝛ lune cū ceteris stellis cōmunitas siue admixtio ꝙ si fiat nihil deposito efficit. Jtē ventorū cognitio ꝛ pluuiarū ꝛc̄. hoc reperit̄ in libello Japharis vltimo caplo. Ad euidentiā predictorū ꝛc̄.

Sequit̄ quarta pars libri de iudicijs ꝑticularibus que non solum fiunt ꝑ coniūctiones uel oppositiones luminariū: sꝫ etiā ꝑ alias figuras particulares. Capitulū primū.

Um luna fuerit i centro a sole et fuerit apertio portarū ꝛ fuerit applicatio uel aspectus uel luminū trāslatio seu receptio uł collectio luminū inter dn̄m ascendentis cōiunctionis uel oppositionis: uel inter ascendens cōiunctionis uel oppositiōis solis ꝛ lune p̄cedētis ꝛ dn̄m suū septime iudica ꝙ in illo mense erunt pluuie tempore pluuiarum aut ventus ꝛ sic de alijs qd̄ autē affirmat significationē lune est ꝙ fuerit venus uel mercurius occidentales uel retrogradi uel tardi motus: uel ꝙ sit vnus planeta aut duo ex altioribus retrogradi uel tardi qꝛ tunc erit pluuia sine aliquo dubio. ¶ Jtem cū fuerit apertio portarū luna existente in aliquo centrorū p̄dictorū sequent̄ venti uel pluuie calor uel frigus ꝯm naturā dn̄oꝝ apertionis portarū ꝛ ꝯm naturā tp̄is. Jtem si tunc īueneris lunā in signo humido applicante planete humido licet ibi nō sit apertio portarū tn̄ poteris habere fiduciā de pluuia. ¶ Cū luna fuerit ꝛc̄. hoc extrahit̄ ex. 29⁰. ca⁰. octaue ꝑtis libri haly abenragel ꝛ ex dictis haomar in ca⁰. Quotienscūqꝫ itaqꝫ ꝛc̄. qd sit esse in centro require

supra in septimo prime ptis. Item cuz apertio rc. hoc in. 28° ca° octaue ptis Haly abenragel. r in haomar caplo Tepestiua itaq3 imbriu rc. de hac materia etia habes in caplo Ad pfecta. in eode libro specialiter ab ab illa pte No minus qnoq3. 12. equantis rc. vsq3 ad illa parte Ascéden te anni rc.

Capitulu secundu.

Item qn fuerit qrta signans de humiditate a retrogradatione planetaru r temporu suor inspicia coiunctione luminariu igit nisi fuerit applicatio cu retrogrado in coiunctione sua signu est serenitatis r in oppositioe sua similit In qrta aute hyemali si luna fuerit in coiunctione a centro a sole r a planetis retrogradis e suma rei r significatio eor fortior qn erut r retrogradi r applicati cu sole. Si igit cotingit q inter sole r luna r omnes planetas retrogrados sint iste ptes cu ascesionib9 climatu erit pluuia in sumo fm q affirmat vis qrte r natura temporis r planetaru significantiu r lune: r si descendens fuerit de vno uel de duobus minuit significatio fm proportione sue virtutis: r si no fuerit significatio ab altero istoru centroruz no erit quicq3 nisi venus humid9 humida aura in vere frigida: in hyeme fortior istaru significationu est q luna sit in longitudine ppinquiori minues in lumine suo. Ite si luna iugat planete retrogrado aut si in cetro ab eo r a sole r sic addens lumine signu est pluuie fm q affirmat tepus planetis. Sz qn erit coniuncta sicut dictu est r sit minuens lumine minuet id. Ite si planete sint retrogradi in secunda qrta circuli in hyeme vere aut autuno erit significatio fortior. Sz si tunc retrogradant in tertia qrta signu est magis diminutu: q2 ventus meridionalis multiplicabit illic. Sz qn erit retrogradatio in pte septetrionali erit pluuia cu ventis septetrionalibus. Qn vo fuerit directi in estate r luna in lumine suo minues r cotumabit erit signum grandinis fulguris r radior. Si fuerint etia directi in pte septetrionali aut retrogradi in pte meridionali erit signu fulgur r grandinis. ¶ Ite qn erit in prima qrta signi erit signu humiditatis a retrogradatioe planetaru r luna addens lumie inspiciem9 in ea sicut in qrta hyemali r centris lune positis. Et qn fuerint retrogradi cu sole in vna quarta erut fortiora in quarta secuda circuli aut i capite cancri aut in meridie qn multiplicabit ventus meridionalis humidus. Qn erit sol in secuda qrta circuli r fuerit in signo humiditatis inspice cetra que posui r planetas retrogrados r addetes in lumine suo fortificabunt. verutn si fuerit cu sole in vna quarta erit caliditas fortis valde coburens. Et si fuerint retrogradi in pma qrta silit. sz si fuerint i inclinatioe meridionali erit aura

mitis ⁊ qñ applicabit̃ luna cum illis planetis retrogradis in centris no
minatis mouebit̃ ⁊ aera ad qualitates nubis grandinis ⁊ fulguris ⁊ cũ
fuerint illic directi debilitat̃ significatio. Qñ erit sol in q̈rta 3ª circuli ⁊
erũt planete retrogradi in illa pte illud est signũ humiditatis ⁊ hore plu
uie qñ manserit luna in centris dictis a sole: ⁊ cũ stat significatio ꝙ sint
planete retrogradi pars eoꝝ pti terre ⁊ applicet̃ ps eoꝝ pti terre 3º. 7º. uel
q̈rto aut in p̄dictis centris: ⁊ erũt planete retrogradi in septẽtrionali pte
erit siguificatio fortior qñ cõiunget̃ eis luna ⁊ erit sol in centris dictis ⁊
ibi erũt planete addentes lumine: tũc si fuerint planete directi in pte me
ridionali ⁊ retrogradant̃ in pte septẽtrionali ⁊ applicabit̃ cũ eo planeta
⁊ luna est minuẽs lumine suo signũ erit pluuie ⁊ niuis tũc q̃ directi age
bant tũc ptes septẽtrionales ⁊ cũ fuerit luna in cẽtro a planetis retrogra
dis si soluerint donec luna fuerit in centris tũc distillabit cõgelatio: sꝫ si
fuerit luna addẽs lumine suo soluet tũc illud. Itẽ qñ fuerit q̈rta ⁊c̃. hoc
extrahit̃ ab alkindo in. 4º. caº. ⁊ tres ꝓpositiões sequẽtes. Capitulũ. 3.

Tem si vis scire vim ⁊ debilitatẽ multitudinẽ ⁊ paucitatẽ
pluuiarũ cõsidera naturã tpis ⁊ vim suã ac debilitatẽ ẜm
ꝙ dixi de gradibus nature tempis ⁊ ciuitatis. sed si fuerit
nã tpis tui in sũmo frigida ⁊ humida tũc significatio for-
tior planetarũ ostendet significationẽ fortiorẽ pluuiarũ:
⁊ si natura tpis tui fuerit frigida ⁊ humida in equalitate
tũc mediocrice ⁊ ẜꝫ ꝓportionẽ viriũ significatiõis aque sig̃bit. Et cũ hoc
si vis aspice naturã martis ⁊ veneris: ⁊ si fuerint frigidi humidi aut cali
di ⁊ inter eos sit applicatio ex opposito aut ex obliquo p̄dictoꝝ ⁊ latitu
do eorũ ⁊ erũt cõtinui cum sole aut vnº eorũ. Deinde considera applica
tionẽ lune cũ sole ⁊ centrorũ p̄noiatorũ ⁊ concordantiã. Si fuerit natu
ra lune similis nature eorũ illud est signũ aque. Sꝫ si vis sua est debilis
⁊ cõcordauerit illis duobus hec figura: ⁊ nõ erũt retrogradi: ⁊ erit illud
tẽpus estiuale aut vernale erit adhuc aqua multũ fortis ⁊ cũ hoc toni-
truũ fulgur ventº ⁊ grando multa: ⁊ erit multitudo aut paucitas ẜm ꝓpĩ
q̈tatẽ vapoꝝ terre ⁊ erit frigiditas venti ⁊ caliditas ẜm ꝙ cõcordauerit
latitudo lune ⁊ mansio sua a sole ⁊ ps ⁊ natura tpis. Si v̉o significatio
p̄dicta fuerit i hyeme aut autũno nec fuerint retrogradi erit aqua debi-
lis distillãs durante tpe siccitatis. Si v̉o fuerint retrogradi in tpe veris
⁊ estatis ⁊ cũ fuerit in inclinatione meridionali in vere erit in sũmo qͦd
dictũ est ⁊ in estate minus ꝑ multitudine caliditatis in aere aut ꝑ modo
appropinq̈tiõis terre sue aut q̃ erũt in fũdo eccentricoꝝ suoꝝ. Sꝫ si fue
rint retrogradi in hyeme in declinatione septẽtrionali erit minus qͦd di

co:si in declinatione meridionali erit plus si calidiores sint retrogradi ⁊ in fundo eccētricorū suorū⁊ fuerit tūc applicatio cuū sole ab opposito ⁊ duorū planetarū siliter si hec sint in vere erit finis rei. In hyeme v° ⁊ autūno minuet̄ parū. Si v° in cōiunctione planetarū fuerit ⁊ duo planete cōtinui vnus alij ab vno cētrorū⁊ natura lune silis illi ⁊ erit in vere ⁊ hyeme illud ē signū pluuiarū ⁊ fuerit in estate ⁊ vere illud ē signū tonitruoꝝ multorū cuꝫ aqua. Si igit̄ fuerint duo planete cōiuncti in centro aut cōcordauerit illis luna in natura illud est signū pluuie sicut dico: sꝫ centro ⁊ hore qn̄ figurat̄ illud tempus si luna fuerit adiuuans nā̄ sua si fuerit alius planeta a venere ⁊ marte in silitudine nature illorū augmē tabit̄ res ita ꝙ fiet quasi diluuiuꝫ. Si v° fuerint oēs planete figurantes ꝑs eorū partē in centris p̄dictis ⁊ sint retrogradi in hyeme ⁊ autūno ⁊ i inclinatiōe meridionali erit de roribꝰ ⁊ pluuijs ꝙ interficiet populos ⁊ ciuitates ⁊ clima p̄ter pauca. Sꝫ si fuerint in vere ⁊ estate retrogradi ⁊ i inclinatione meridionali erit siliter nisi ꝙ nō cōicabit res cum oibus ⁊ erūt cū hoc fulgura ⁊ tonitrua ⁊ grando fortis. Cū autē fuerint retrogradi in quarta estiuali ⁊ tempus estiuale nō erit significatio suꝑ aquā erit siccitas sūma in climatibꝰ septentrionalibꝰ ⁊ calor fortis q interficit populos p̄cipue q erūt ꝓpe equationē diei. Qn̄ autē erit significatio pluuialis duorū planetarū ⁊ fuerit significatio cōsūmens de tribꝰ rebꝰ non erit quicq̄. Cū fuerit significatio pluuialis de duobꝰ planetis aut tribus uel q̄ttuor i estate erit sūme mitis aura illiꝰ estatis ⁊ ꝑue caliditatis: nec erit aqua multa nisi fuerit significatio de quīqꝫ planetis. ¶ Itē si vis ⁊c̄. hoc ex. 5° ca° Alkindi. ¶ Hic possunt notari quedā q̄ ab alkindo dicunt̄ in istis capitulis vltra practicā p̄dictā. quere hoc ⁊c̄.

Capitulū quartū.

Item aspice hora coniunctionis aut p̄uentionis ⁊ q̄rta ⁊ prima ⁊ secūda ad lunā cū quo applicat̄ illa hora si cum venere ⁊ mercurio significa generationeꝫ pluuie in illa septimana ⁊ hora illiꝰ erit s̄m quantitatē graduū qui sūt inter lunā ⁊ planetas duos quibus applicatur ⁊ ponā scꝫ gradū ꝓ die ⁊ minutū ꝓ hora: ⁊ qn̄ luna consequit̄ gradū illius planete cui applicatur ⁊ venus in scorpione aut i capricorno aut in aquario erunt pluuie multe. similiter mercurius stat in aliquo illorū triū significat pluuiā. Et quando fuerit venus ⁊ mercurius in p̄dictis signis ⁊ luna opposita aut cōiuncta illis in quarta sui significat pluuiam ¶ Item aspice ⁊c̄. hoc Alkindus in. 6° ca° versus capituli finem.

Capitulum quintũ.

ITem nõ solum oportet considerare cõiunctionẽ uel op-
positionẽ luminariũ ad sciendũ fortitudinẽ uel mansue-
tudinẽ accedentiũ: ſ3 iudicanduȝ est etiam qñ luna fuerit
dimidiata in luce ⁊ erit principiũ signate mutationis ut
plurimũ ꝑ tres dies anteq̃ luna sit cum sole: ⁊ post etiam
ꝑ tres dies ita ꝙ sit in elongatione partiũ equaliũ. Simi-
liter sciemus hoc a ꝑticipatione quã habebunt cum planetis ⁊ q̃libet
horũ statuũ ⁊ aliorũ sicut est in sextili ⁊ trino aspectu ⁊ poterimus scire
mutationes sequẽdo concordantiã naturales planetarũ quas accipiũt
⁊ signorũ cũ aere nos circũdante ac ventorũ: ⁊ virtus horũ statuũ ꝑticu-
lariũ qui erũt die q̃libet erũt ꝓprie a stellis fixis que sũt luminis ⁊ ope-
rationis maioris cum apparuerint vespere siue mane ex parte orientis
uel occidentis respectu solis q2 reducũt ut plurimũ status ꝑticulares in
naturas earũ. Similiter erit nõ minꝰ ꝙ aliq̃d luminariũ transit ꝑ angu-
los ita ꝙ mansuetudo ⁊ fortitudo que erit in statibus cuiuslibet tempo-
ris accidunt qñ transibũt luminaria ꝑ hec loca sicut recentia ⁊ minutio
sunt ꝑ transitũ ꝑ hec loca ⁊ mutatio: statuũ ventoꝝ erit ꝓprie qñ transi-
bunt luminaria ꝑ hos angulos ⁊ mutatio sua erit vento qui erit a par-
te vbi erit latitudo lune. Et qñ ꝑticularia accidentia erũt similia vniuer-
salibus opus fortificabit̃ ⁊ certificabit̃. Item nõ solum ⁊c̃. hoc a Ptole-
meo. 12°. ca°. secũde ꝑtis. ¶ Sciendũ ſm haly ibidẽ ꝙ ꝑ oppositionẽ scie-
mus quid accidat in secũda medietate mensis si mẽsis fuerit cõiunctio-
nalis uel ꝑ cõiunctionẽ si fuerit oppositionalis. Et ꝑ quartã lunationis
sciemus id q̃d accidit in illa quarta iudicãdo sicut ꝑ cõiunctioneȝ ⁊ op-
positionẽ ⁊ ꝑ compationẽ ꝑticularis ꝙ vniuersali i sciemꝰ illud q̃d acci-
det in illa q̃rta. ¶ Itẽ sup̱ verbo illo signate mutationis ⁊c̃. exponit sic.
Luna currit ꝑ vnũ duobꝰ diebꝰ cc mpletl ⁊ vna ꝑte tertij ⁊ ex hoc posuit
Ptolemeus cõpletũ diẽ ꝓpter breuitatẽ. Et q2 virtus corꝑis lune est añ
uel post ꝑ. 12. gradus ꝓpter hoc fiunt tres dies. hoc eni dictũ exponitur
duobꝰ modis. Primo mõ ꝙ luna transit in. 6. diebꝰ duo signa cõpleta
⁊ transeũdo duo signa ꝑuenit ad tot numeros graduũ quot sũt in firma-
mento sextili ⁊ sic ibi oportet ꝙ applicet ad punctũ dñi significationis
in tribꝰ ante ⁊ in tribus post ⁊ hora qua ꝑuenit ad ipsũ mouet̃ significa-
tio illa. Secũdo modo intelligit̃ ꝙ virtus lune voluit̃ cũ virtute solis tri-
bus diebus ante suã applicationẽ ⁊ sic etiam remanet iuxta vsq3 ad tres
dies post suã applicationem q2 corpus solis habet. 15. gradus añ ⁊. 15.
gradus post. ⁊ corpꝰ lune. 12. ante ⁊. 12. post. Modus autẽ primus ma

gis cõcordat cũ opinioue Ptolemei nihilominꝰ vterqꝫ habet rationem
⁊c̃. ¶ Notandũ ꝙ sicut in morbis acutis q̃rta ut plurimũ est nũciatiua
septime ⁊ sic ꝑ tres dies añ apparet signũ salutis uel timoris ita suo mo
do añ ↄiunctionẽ uel oppositionẽ solis ⁊ lune potuit apparẽ principiũ
signate mutatiõis in aere. Quere igit̃ causã huiꝰ si placet in diebꝰ creti-
corũ. ¶ Sciendũ iterũ ꝙ qñ luna distat a sole. 45. gradibꝰ añ uel post di
cit̃ in centro a sole ⁊ ꝓpter ꝓpinquitatẽ cõiunctiõis ul' oppositiõis si aer
mutet̃ tũc sicut cõsueuit fieri potissime cũ luna ẽ in centro a sole ꝭm Al-
kindũ ⁊ plures alios magis ad sil'itudinẽ signationis uel oppositionis
mutabit̃ q̃ꝫ ad similitudinẽ signatiõis alteriꝰ figure: hoc aũt fit tribꝰ die
bus cõpletis añ cõiunctionẽ ⁊ tribꝰ diebus post. vnde signator cõiũctio
nis modicũ variauit locũ suũ in zodiaco in tanto tp̃e ⁊ iõ illũ locũ uel
stellã fixã quã aspicit: uel fuerit in centro ab eo qñ distat luna ab eo per
45. gradus. s. a sole. ¶ Sciendũ ꝭm haly vbi supra ꝙ in qualibet appli-
catione lune cum sole debes formare angulos ⁊ inspicere sicut prius in
cõiunctionibꝰ ⁊ oppositionibꝰ. ¶ Itẽ ꝭm haly ibidẽ stelle lucentes sunt
ille que sũt prime magnitudinis ⁊ postea secũde magnitudinis ⁊ sic de
aliis: ita ꝙ virtus earũ crescit cũ mane apparuerint exeũdo radios solis
aut intrãdo sub radiis solis ⁊ sic virtutes solis ⁊ lnne q̃uis sint victrices
tendũt tamen ad virtutes earũ ⁊ postq̃ꝫ ita est cũ stellis fixis magis de-
bet hoc iuenire in planetis. ꝑ cõmixtionẽ igit̃ virtutũ earũ poterimꝰ sci-
re accidentia ꝑticularia cuiuslibet diei. ¶ Itẽ haly exposuit sil'iter Non
minus ⁊c̃. vult dicere ꝙ qñ aliqđ luminariũ transibit ꝑ aliquẽ angulo-
rũ qui fuerit in applicatione sua prima signabit ꝑ additionẽ uel dimi-
nutionẽ accidentis applicatiõis ⁊ additio erit significatio sui transitus
fuerit ipsa met significatio radicis uel minutio si significatiões sunt di-
uerse. Et postq̃ꝫ ita est ꝙ applicuerit gubernatori aliqđ luminarium uel
ipsi gradui significatiõis faciet idẽ vnde gradꝰ significatiõis luminariũ
qđ fuerit supra terrã in illa applicatiõe post modicũ gradus solis ẽ gra
dus significatiõis. Sil'iter ꝭm fortitudinẽ ãguli erit fortitudo rei ⁊ man
suetudo: qñ ascendẽs ⁊. 10ᵘˢ fortiores sũt aliis: ⁊ etiã hoc pꝫ i crescentia
maris ⁊ nili. Unde qñ luna transit ꝑ aliquẽ gradũ sig̃tionis fit in crescẽ
tia additio. Vbi gratia: qñ luna transit ꝑ illud signũ qđ fuit ascendẽs in
cõiunctiõe uel oppositione añ introitũ solis in cancrũ uel aliud signũ ⁊
applicat gubernatori uel transiuerit ꝑ locũ ↄiũctionis uel oppositionis
sig̃t augmentũ nili nisi alia maior sig̃tio hoc distur bet. Item venti mo
uent̃ de vna ꝑte ad aliã hora qua transit aliqđ luminariũ ꝑ aliquẽ an-
gulũ ex angulis ascendẽtis sig̃tionis ꝭm ꝑtẽ ad quam declinat latitudo
lune ⁊c̃.

Capitulū sextum.

ITem si ille qui dn̄at in cōiunctione uel oppositiōe fuerit hume
ctans z cōmiscebit cū stellis fixis humectantib⁹ z locus cōiun
ctionis uel oppositionis q̄ p̄cessit in loco humido aut luna uel
sol in tali loco. hec res si vna. s. applicuerit alteri aspectu aliquo
signat ꝙ erit illa dies humida z multe pluuie. Et si saturnus rebus istis
applicueri t erit pluuia fortis z damnosa cū lubrigat̄. Et si iupiter erit tē
peries z tempus saporosum z omnes alias applicatiōes intelliges hoc
modo. ¶ Itē quottidianos imbres lunaris p singula ꝑgressio manife
stare poterit ipsi⁹ g̊ in cardines ingressus eiusq3 cū venere z mercurio ac
reliquorū cum ipsa stellarū dū alestina transit aut oppositori applica
tio cognitionē nō effugiat signa nāq3 aquosa ingrediens z supradictis
stellis applicās ipsa die pluuias signat z generat. ¶ Ad cui⁹ rei maiorē
euidenttā signa aquosa scire necesse humide: z sūt venus z mercuri⁹ na
ture z luna expressius tanq3 mercuri⁹ z venus z luna amicant̄ imbrib⁹.
venus itaq3 horis qōlibet signorū obtinens aut lune itidē applicās im
bres signat venus itidē cū mercurio in signis aquaticis z luna similiter
s3 in fine signi alteri eoꝝ applicans z multos ꝓfitent̄ imbres pauciores
tn̄ q̄3 in principio. luna itidē cum vener z absq3 mercurio in signis aqua
ticis itidē nō aliud q̄3 luna cū mercurio ibidē venere remota. Amplius
luna i huiusmōi quolibet veneri z mercurio applicās dū pluuiarū obti
neant signa. pluuiaꝝ notāt ꝯstantiā q̊usq3 luna ab eis recesserit. ¶ Ve
nus iterū mercuri⁹ z luna maliuolis applicantes nec eisdē cōiuncte die
ipsa pluuiā inducit. applicātes autē eidē aut cōiuncte negant: ven⁹ cum
sole locata dū vtriq3 mercurio z lune iungat̄ eadē die nubib⁹ redūdant.
Mercuri⁹ autē z ven⁹ capricornū applicās z luna in tauro aut i piscib⁹
idē. Irē p̄dictarū altera in capricorno z luna in tauro aut in virgine ve
neri z mercurio de oppositiōe applicās ad ipsu3 p̄cipue dū luna i tauro
cū cauda moret̄ z a saturno recedat: ac venus cū ipso marte in aquario
z mercurio in piscib⁹ aut capricorno ea nāq3 die imbrib⁹ ether onorat̄.
¶ Itē si ille zc. haly in fine glose. 11° ca° secūde ꝑtis q̈driptiti Ptolemei
Itē quottidianos zc. haomar in penultio ca° zc. Capiiulū septimū.

ITem cū sol est in hemisperio australi z ven⁹ sub radijs ei⁹ eide3
luna applicāte ipse die z hora p̄tendit imbres futuros: nō min⁹
quoq3 mercurio adusto si luna eidē applicat aut eidē opposita i
scorpione moret̄. hoc etiā idē martis z veneris sub scorpiōe ven
tos iudicabit. Itē cū sol est zc. Ista ꝓpositio cū consequentib⁹ habet̄ in
libro Cū multa zc.

Capitulum octauũ.

ITem sole in aquario existente luna eidẽ applicante aut in eiꝰ oppositione locata ⁊ venꝰ ibi cõmoreť in ipsa hora pluet. Itẽ quoq; solis ad venerẽ aut veneris ad solẽ applicatio luna in eoꝝ oppositiõe aut tetragono discurrẽs cũ venus cõbusta fuerit certũ de pluuijs fiet iudiciũ: qꝫ si cõuenerit ⁊ mercuriꝰ pariter cũ illis discurrat imbres cõtinuos eadẽ die reportet. lunaris etiã: vnde licꝫ i eis aspectꝰ nec imbres subierũt. Itẽ cũ sol in libra ⁊ venus in sagictario luna eis comitate ipa die pluuias inducũt ⁊c̃. Itẽ sol in aquario luna in leone eadẽ die minꝰ imbriũ erit discursus: Itẽ mars sol respiciẽs ⁊ luna dũ venus ⁊ mercurius hãc aut illũ comitanť imbres pñtes ⁊ grossas insinuũt guttas. Sic quoq; in domo veneris aut martis ariete videlicet aut scorpione stille grandes tonitrua ⁊ coruscationes generanť. Itẽ sol rursũ in piscibꝰ uel ariete discurrens luna in virgine aut libra uel sagictario cõmorante in vaporosis vtriq; locis ipsa die imbriũ tulit effluentiã. Ampliꝰ autẽ mercurij in eodẽ loco cũ sole in domo veneris discurrẽs ⁊ etiã luna imbriũ stillas grauissimas lampades ⁊ tonitrua ꝑtendit. Itẽ in leone virgo pisces ⁊ etiã ariete libra scorpius luna in solis oppositione aut cũ venere discurrẽs stillas nõ sine lampadibꝰ tonitruo ⁊ fulgure mittit. Itidẽ etiã luna in leone lãpades tonitrua ⁊ fulgura generanť: pari qꝫ mõ in regionibꝰ eqnoctialibꝰ linee subiectis in secũdo climate tertio uel q̃rto horũ inerit mediocritas i. 5º ⁊ in. 6º remissiꝰ. mars quidẽ retrogradꝰ si eũ aspexerit sol: fulgura quidẽ virentia cadũt. Item luna in hospitio martis. s. scorpiõe. Mars autẽ in suo dñio posito discurrẽs sol in aq̃rio uel i piscibꝰ situs die ipsa pluuiaꝝ notãt redũdãtiã. Sole quidẽ in piscibꝰ ⁊ luna ⁊ marte i respectu fulgura erũt ⁊ tonitrua ⁊ pluuiarũ redũdãtia ⁊ fulgurũ lapsꝰ. Itidẽ etiã sol i ariete ⁊ scorpiõe luna in leõe ⁊ sagictario aut i solis cõuentu. Itẽ sol in capricorno luna tauro aut virgine piscibus aut scorpiõe vẽtos generat frigidissimos nõ minꝰ eodẽ in capricorno ⁊ potissimũ in aquario existẽte dũ saturnꝰ in oppositiõe eorũ discurrat ⁊ alterũ luna aspexerit. Itẽ sole ⁊c̃. hoc ibi supra.

Capitulũ nonũ.

ITem si luna sit in centro a sole iudicandũ est sicut prius i oppositione uel cõiunctiõe. luna itaq; in mansionibꝰ eq̃lis cõplexionis ac siccis discurrens aut si deinceps stellis inferioribꝰ q̃ loco sunt rationis aut in signis aquaticis superioribus applicet pluuiarum in maxima parte est indicium. Signa autem aquatica sunt cancer leo scorpius ⁊ aquarius. Stella autem que rores portendunt sunt luna venus ⁊ mercurius. Si igitur lunam de huiusmodi signis

respiciāt aut cū ipsa morent̃ luna etiā de locis humidis eisdez applicet imbres innuit timendos: ea eni de locis siccis ꝛ equalibꝰ applicans uel respiciens mediocres oīno pluuias iuducit. luna itidē in singulari ꝛ ꝓpria natura nebulas ꝛ imbres etiā raras affert candidas ꝛc̃. Item cū luna ꝛc̃. hoc extrahit̃ a Japhar in ꝑagrapho Est itaqꝫ tetragonus. ꝛ forte hoc alibi ut credo satis habet̃. q̄re hoc. ¶ Uult tñ ibi ꝙ a ꝑmo ingressu solis in librā ꝛ ꝑ totū annū ꝛ in exordio anni ꝛ ꝯiūctionibꝰ ꝛ oppositionibus solis ꝛ lune ꝛ in centris lune fiat sicut docuit in cōiunctione ī illa ꝓpositione Inquires ꝛc̃. ad euidentiā ꝑdictorū.

¶ Sequit̃ quinta pars libri de iudicijs mutationū aeris ꝑ cōiūctiōes ꝛ aspectus lune cū alijs stellis. Et aliarū stellarū ad inuicē ꝛ de pñtia lune ꝛ aliorū a sole in certis locis zodiaci.

Um ad aliquē terminū certū dispositiōes aeris volueris ꝑnosticare: scias primo loca omniū plauetarū ad eūdem terminū: ꝛ ille planeta qui plures fortitudines uel testimonia habuerit ī suis signis erit dispositor tpis ſm sui naturā. Considera tñ fortitudinē aut debilitatē quā habuerit dispositor a cōiunctiōe uel aspectibꝰ suorū similiū aut suoꝝ contrarioꝝ: ꝛ ex loco suo in eccentrico ꝛ epicyclo ꝛ ex nā cōi temporis ꝛ ex hoc iudica qualitates aeris. Sic igit̃ poteris ꝑcognoscere qñ erit calor ꝑexcellens qñ plures planete calidi habuerint plura testimonia ꝛ cū hoc se asperexerint de tertio aspectu. Cognosces etiā frigus ꝑexcellens ꝑ testimonia frigidorū planetarū. Poteris etiā ꝑcognoscere humiditatē ꝑexcellentē ꝑ planetas humidos abundantes testibꝰ ꝛ potissime cū se asperexerint de tertio ꝛ in signis aquosis. Cū ad aliquem ꝛc̃. hoc extrahit̃ a quodā libello q̄ incipit Ad ꝓnosticandū diuersā aeris dispositionē ꝛc̃. ¶ Sciendū ꝙ iste auctor sic ꝓtendit. Primo ponit signorum qualitates sicut prius patuit ꝑ tabulā. Postea ponit nās planetarū nec oīno sicut alij dicūt: dicit: saturnꝰ est sūme frigidus ꝛ ex ꝯsequēti siccus. Jupiter ē temperate calidꝰ ꝛ humidus plus tñ abundat in eo caliditas q̄ꝫ humiditas. Mars superflue calidus ꝛ siccus plus tamen calidus q̄ꝫ siccus. Sol temperatissime calidus ꝛ siccus: ꝛ ut verius dicam: inter qualitates summe equalis. Uenus temperate calidus ꝛ superflue hu-

humidus.mercurius autē inclinat̃ ꝑ naturam suā ad eum planetaꝫ cui
cōplectit̃ ex planetis ⁊ signis: dicit̃ tñ in se frigidus ⁊ siccus. luna v̓o in
natura sua dicit̃ temperate frigida ⁊ summe humida. Unde dicit̃ fons
humiditatis sicut sol est fons caloris q̄uis sol sit temperatissime calid᷒.
¶ Postea dicit ꝙ planeta in domo sua habet quinqꝫ fortitudines ⁊ di-
gnitates seu testimonia.⁊ in exaltatione quattuor.in triplicitate tres.in
termino duas.in facie vnā. ¶ Postea ostendit que sit domus exaltatio
⁊c̃.sicut prius ⁊c̃.patuit ꝑ tabulā vbi ꝙ ponit leonem ꝓ domo solis:can
crū ꝓ domo lune. librā veneris.arietē martis. sagictariū iouis.⁊ capri-
cornū saturni.q̄ꝛ ut dicit ibi fuerunt creati in origine mūdi. Postea di
cit ꝙ quinqꝫ planete habent accidētales potestates in quinqꝫ signis re
siduis ut saturn᷒ in aquario.iupiter in piscibus. mars in scorpiōe.ven᷒
in tauro.mercurius in geminis vnde dicunt̃ eoꝝ accidentalia domici
lia.Sciendū tñ ꝙ nos vtimur hic.s.ꝙ planete in istis domicilijs tot for
titudines habent sicut in alijs ⁊c̃. Postea dicit ꝙ planete fortunant̃ qñ
aspiciūt seinuicē aspectu amicabili uel debilitant̃ si aspiciunt se aspectu
inimicitie. ⁊ hec amicitia uel inimicitia fit ꝓpter contrarietatē uel simi-
litudinē signoꝝ in qualitatib᷒ primis sicut patuit prius. Ponit etiam ⁊
aspectus sicut pirus. Postea dicit ꝙ cōiunctionē dicunt astrologi aspe-
ctum fortissimū.nos autē inuenimus multotiens oppositū.s.aspectus q
primus dicebant̃ esse fortiores ⁊c̃. Postea dicit ꝙ alie sūt fortitudines
uel debilitates planetarū quas accipiunt ex diuerso esse in suo epicyclo
scꝫ ortus ⁊ occasus ꝓgressio statio ⁊ retrogradatio: ⁊ sicut patebit infe
rius. Fortior est qñ est in ortu uel ꝓgressiuus q̄ꝫ occidentalis uel statio-
narius uel retrogradus. Postea dicit ꝙ omis planeta in sup̲iori p̲te sui
deferentis fortiorē habet in istis inferiorib᷒ op̲ationeꝫ q̄ꝫ in inferiori ⁊
hoc est ꝓpter eius motum velociorē s̃m reuolutionē diurnā. veloci᷒ mo
uet̃:ipse ꝓbat ꝑ hoc ꝙ paralellus equoctiali a planeta descriptus eo ex
istente in auge deferentis maior ⁊ plus distat a suo centro q̄ꝫ ille qui est
descriptus eo existente in opposito augis ⁊ sic cū magis spacium p̲tran
seat in equali t̲p̲e velocius mouet̃ s̃m reuolutionē diurnam. Cum g̊ s̃m
p̄hos ⁊ astrologos s̃m motus sup̲iorū mouent̃ ista inferiora. ⁊ hoc etiā
notabiliter patet ꝙ sol ascendit augē crescent̃ vegetabilia:qñ autē rece-
dit fit econuerso.hoc etiā patet potissime in effectib᷒ lune:q̄ꝛ in qualibet
oppositione ⁊ cōiunctione solis ⁊ lune fluxus est maximus: ⁊ hoc est q̄ꝛ
tunc est in auge deferentis. qñ autē est in quadraturis ad solē tunc flu-
xus minus ⁊ hoc q̄ꝛ tunc est in opposito augis. Et nota ꝙ oriente luna
cōgregant̃ vndiqꝫ aque ⁊ tumulant̃ ⁊ eleuant̃ quasi versus suā causaꝫ ⁊

originē: ꝛ cessat talis eleuatio donec venerit ad mediū celi ꝛ cu3 ibi fue
rit minuit̄ tumor ille ꝛ fluunt aque ad locum oppositū ꝛ generat̄ tumor
consimilis ꝛ hec est causa quare sunt duo fluxus in die naturali ꝛ sic ca
cumen aque mouet̄ sicut luna ab oriente in occidēs ꝛ se tenet semꝑ ver
sus lunā. ¶ Infortunant̄ etiam planete cū fuerint ꝓpinquiores zenith
capitis ꝛ debilitant̄ cum fuerint remotiores. Postea ponit tabulam ro
tundā ad cognoscendum fortitudinē planetarū ꝛ totum patuit ꝑ tabu-
las prius positas in introductorio. Postea ponit practicam ꝫ nō oīno
nec ita explicite sicut positum est: qđ tñ supius in textu dictū est extrahe-
re aut ab alijs que explicite dicunt̄ aut ab illis que ꝑ suu3 ꝓcessum ꝛ per
sua exempla dant̄ intelligi. ¶ Postea exemplificat ꝛ hoc ꝑ teipsum pos
ses facere: poterunt etiā adduci exempla ad tempus nostrū. ¶ Nota ꝙ
sicut ad cognoscendū quando erit aer aquosus cōsideranda sunt signa
aquosa ita intelligendū de calidis suo modo ꝛ sic de omnibus qualita-
tibus ꝛc̄. ¶ Dubitatur vtrū planete veloci⁹ moueant̄ motu diurno eis
existentibus in auge q̄ȝ in augis opposito. videt̄ ꝙ nō: quia qñ velocius
mouent̄ ꝓprio motu tardius mouent̄ motu diurno cu3 isti duo motus
sint ad oppositas partes igit̄ ꝛc̄. Item dubitat̄ vtrū plus influant in ista
inferiora cum sint in auge: ꝛ videt̄ ꝙ nō: qꝛ cum ꝑ lumen operent̄ ꝛ corpa
eoꝝ minora videant̄: minus vident̄ influere. Item exemplū de sole nō
videt̄ ad ꝓpositum: qꝛ ego dico ꝙ crescentia herbaꝝ ꝛc̄. nō fit ꝓpter prō
pinquationē solis ad augē ꝫ quia sol est magis ꝓpe zenith capitis.
¶ Item videt̄ male dicere ꝙ aque fluūt ad locum oppositū lune ꝛ gene
rat̄ ibi tumor quia cū luna sit quasi mater humiditatis videt̄ ꝙ in par-
te opposita nō debeat esse tumor aque imo tm̄ versus lunā. Ad primū
quere residuū. Capitulū secundūū.

Item cū volueris scire temporis varietatē: scito signa diuersorū
planetarū vtrū sint calida uel frigida: ꝙ si fuerint calida signāt
calorem in estate ꝛ temperamentū in hyeme. Si in signis frigi-
dis signant frigiditatē in hyeme ꝛ temperamentū aeris in esta-
te. Similiter cu3 cōiuncti fuerint in aquaticis signāt supfluas in hyeme
pluuias ꝛ temperamentū uel multitudinē roris in estate. ¶ Item cum
fuerint planete ponderosi quibus debet copulari aspectus solis in dire
cto alicuius ciuitatis. s. in signis septētrionalibus signāt siccitatē ꝛ terre
sterilitatē. Cu3 vo elongati fuerint. s. cū fuerint in meridionalib⁹ signat
multitudinem pluuiarū. ¶ Item ponderosi omnes orientales signant
multitudinē pluuiarū in hyeme ꝛ nimiā siccitatē in estate si occidenta-
les fuerint. Stella rursū in qualibet domo eiusdē nature discurrēs ꝛ re-
cepta dū recipiens bonū obtineat locum debitus oīno sequit̄ effectus.

optima quidē ⁊ maior de efficacia certitudo si in ipsiꝰ natura cōstiterit. Ad hec etiā luna cū ioue ⁊ venere ac mercurio ex vna pte applicans imbres generat estiuātes. In austro quidē magis imbribꝰ opportunū reuere potissimū ⁊ ioue receptis ⁊ luna gradū solarē in cōuentu euaserit. Saturnꝰ eni in signis humidis pluuijs minime ɔtradicit. ⁊ hoc modo ī lune applicatione exequendū erit. si vō in eadē pte ɔiūgant dū inferior sub supiori moret cuiusmodi sūt mercuriꝰ iupiter ⁊ venus ⁊ mars. luna etiā ⁊ saturnꝰ quotiēs igit ambo cuiuslibet inferiori applicet postq̄ inferior a supiori sese euaserit rores estuare necesse est. ¶ Itē cū volueris scire ⁊c̄. hoc habet in. 6°. ca°. messahalach: qualit debeā planetis ponderosis copulare solē. q̄re. Stella rursū ⁊c̄. hoc habet i libello q incipit Cū multa. ⁊ q̄ satis obscure loquit querat expositio. Capitulū tertiū.

Item testimoniū est ut cū mane videat quantū est a sole in saturnū ⁊ tantū a loco lune cōputet ꝙ si cōputatio finiat in domo martis uel solis serenitatē notant: saturni nubila: lune veneris pluuiā. mercurij ⁊ iouis ventos: mansio etiā notanda ē in qua finiat cōputatio si sit humida uel sicca ſm quā iudica. Itē si hāc partē mercuriꝰ aspiciat aut potius cū ea esse cōtigerit eadē die ventos ꝓcreari necesse est: fortiores quidē luna eā comitante p̄cipue si venꝰ eidem cōsors extiterit. Itē considera introitū lune i primo pūcto cuiuslibet signi ⁊ qui eā de proprio fouebit aspectu ducatꝰ officiū ꝓ huiꝰ rerū indagatione merito vendicabit. Itē magnū testimoniū ⁊c̄. hoc in quodā extrauagāti ca° q incipit Volens aūt scire. Idē Abraham auenezre. Idē in libro haomar in fine capl'i 2ⁱ q̄uis ibi dicat ꝙ ab haomar fuit p̄termissa hec pars: ipse tū nō posuit ꝙ si cōputatio finiat vsq ibi. Itē si mercuriꝰ hanc ptē aspiciat ⁊ p̄cedentes hoc vltimū nō ponūt. Sed si oīa hec cōcurrūt fortius efficiet iudiciū. Itē considera. hoc haomar in fine capituli secūdi. Capitulū quartū De hora pluuie.

Item luna intrās cancrū hora solis virginē hora veneris. librā hora iouis. sagictariū hora ꝓpria. taurū hora martis. geminos hora mercurij. si gt ſm naturā dñi ⁊ signi in quo tpe est. Itē cū luna intrat aquariū uel scorpionē uel capricornū hora saturni signat q̄ hora erit mutatio aeris. Qñ aūt ps. i. gradꝰ triū planetaꝝ q̄ veneris. s. ⁊ mercurij ⁊ lune erit in aliq̊ signoꝝ aque ⁊ diriget: in illo abūdabit pluuia adeo ꝙ nocebit pplo. Itē luna intrās ⁊c̄. hyspalensis idē nisi ꝙ ipse dicit signat pluuiā ad modū signi in q̊ dies signi uel hore est Alkindus etiam ibidem nisi ꝙ ipse addit leonem hora iouis aut etiam libram significat pluuiam ⁊ ventū ſm naturā signi ⁊ ꝙ erit de substanta istorum signorū erit. Similit idē haomar nisi ꝙ ipse dicit sagictariū

hora mercurij et ibi dicebatur geminos hora mercurij. dicit etiam geminos leonem aut libram hora iouis subintrans vbique imbres ventos atque fulgura signare creditur: Ea etiam rursum scorpij signum hora saturni ingressa ventos nunciat frigidos. nam ipsius in aquarium uel pisces ingressus aera perturbat et peruertit. Item cum luna intrat aquarium etc. Alkindus igitur sciendum quod ps hec accipitur pro gradu etc.

Capitulum quintum De signo oriente et asuph.

Item hora transitus stelle de signo in signum: oriens certissimum dinoscatur: vnde si fuerit signum aquaticum designat pluuias: melius quidem signum huius luna possidente pluuiarum administrat ducatum cuiuscumque luna applicabit stella. quotiens enim luna eam cui applicat stellam sequitur inundationes pluuiarum innuit. Uenus rursum atque mercurius quotiens vterque alter signum aquaticum possidet et luna eis adiuncta imbres adauget nisi forte in maliuolo aspectu uel coniunctione commoretur. Item saturno transeunte de vno signo in aliud fiunt dyachintes quos arabes vocant assub: uel quedam alia signa de natura ignis. Item venus intrans cancrum pluuiam facit. Item hora transitus etc. hoc haomar versus finem illius capituli Quottidianos etc. Item saturno transeunte etc. hoc in floribus hermetis. potest hic notari scilicet tempus generationis cometarum etc. quere de hoc. Item venus intrans etc. hoc Albumasar et plures alij etc.

Capitulum sextum.

Item luna in signo feminino si aspiciat planetam retrogradum in signo feminino statim pluet. Item luna iuncta planete retrogrado aucta lumine signum est pluuie. Item luna in signo etc. Hyspalensis addit cum luna fuerit in domo feminina ut orientalis uel occidentalis quarta et considerat eam planeta retrogradus in signo feminino necessario pluuia erit et videtur quod propositio hec supponat aliquam aliam significationem planetarum sicut per apertionem portarum et huiusmodi. et sic continuaretur cum dictis hyspalensis precedentibus. Item luna iuncta etc.

Capitulum septimum.

Scias iterum quod luna declinatione meridionali quando applicatur cum directis et est signatio siccitatis mouetur aer ad summum frigidum si fuerit minuens lumine. Et quando fuerit in declinatione septentrionali et calor est in estate et applicatur cum planetis retrogradis et erit addens lumine suo mouebitur diuersitas ventorum et si fuerit minuens lumine minuetur illud. Item si lune in scorpione opponitur mars pluuie abundabunt maxime si fuerit sol in aquario uel piscibus. Item cum luna est in opposito aut cum

venere in piscibus ariete libra ꝛ scorpione erunt lampades tonitrua ꝛ fulgura. Scias iterũ ꝛc̃. hoc Alkindus in fine quarti capituli. Itẽ si lune in scorpione ꝛc̃. Itẽ cũ luna ꝛc̃.

Capitulũ octauũ.

Item cũ sol est in hemisperio australi ꝛ venus sub radijs eius si luna sibi applicet statim pluet. Item cũ venus in scorpione uel aquario uel capricorno cõiungitq luna ei uel eã aspicit significat pluuiã multaz. Similiter mercurius in statione aliquo triũ p̄dictorũ signoꝝ sic fit tribus planetis cõiunctis in aquario. Item cum luna mercurio adusto applicat aut de scorpione opponit̃ pluuiã. Item cuz sol ꝛc̃. Itẽ cum venus ꝛc̃. Item cum luna mercurio ꝛc̃.

Capitulũ nonũ.

Luna igit̃ a marte discedens eadẽ die pluuias innuit in signo p̄cipue aquatico p singulos autem dies p signa que imbrib⁹ dicant̃ erit discretio sicut cancer scorpio aquari⁹ ꝛ leo: p̄cipue aquari⁹ ꝛ leo. Stelle iterũ pluuiaꝝ significatiue venus mercuri⁹ ꝛ luna: potissimũ venus ꝛ mars. venus iterũ p̄dictoꝝ qõlibet occupans dũ ea in extremo signi uel medio cõmoret̃. Luna iterum signa aquatica pmeando veneri applicans eadẽ die pluuiarũ innuit redũdantiã. Uenus itidẽ ꝛ mercurius dũ huiusmodi signa pambulant etiam luna siliter alteruter applicans ꝛ finẽ signi obtinens pluuias priorib⁹ tñ minores aduehent. Luna itidẽ ꝛ venus in signis aquaticis mercurio ab eis remoto pluuiarũ habet iudiciũ nec aliud dũ mercuri⁹ ꝛ luna ad hui⁹modi signa pueniũt licet venus in pluuioso nõ ambulet. Luna in eisdẽ signis veneri ꝛ mercurio applicans dũ similia gradiant̃ aut cũ eadem discurrant donec luna ab eis separet̃ pluuias renouãt. Luna igit̃ a marte ꝛc̃. hoc haomar i fine ꝛ aliqua ibi ponunt̃ que sũt similia eis seu illis que sequũtur in illa ppositione que sic incipit Item quottidianos imbres ꝛc̃.

Capitulũ decimũ De planetis pluuiosis.

Item ex cõiunctiõe saturni ꝛ iouis fit frigus. Item si sol saturnus ꝛ iupiter fuerint in aliquo signoruz aquaticorũ ꝛ cauda cũ illis timendũ est in illa parte signi de pluuiis multis cũ torrentibus corrũpentib⁹ ciuitates ꝛ hoc cum adiuncti fuerint in hyeme etiam similiter in estate ꝛ erũt nubes grando aut aues equitantiũ ꝛ hoc erit s̃m mãsionem lune cũ illis. Et si fuerit sol cõiunctus ꝛ saturn⁹ ioue ꝛ marte i vno

signo aqueo erit signũ pluuie, ⁊ torrentiũ nociuarũ ⁊ pluuiarũ: ⁊ fortius qñ adiungeť cum sole ⁊ marte in signo aqueo sicut ostẽdi tibi ⁊ aspiciet eos saturnꝰ ex q̃rto aut cõiungeť cũ eis. si fuerit in signo. 10º. inspice venerem qñ intrabit sub radijs sicut mulier sub viro. Itẽ ex cõiuctiõe saturni ⁊c̃. hoc in floribꝰ hermetis. Itẽ si fuerit sol iunctꝰ ⁊ saturnus ⁊c̃. hoc in 6º. caº. Alkindi. ⁊ nota si placet que sũt stelle significatiue aque. hoc dictũ est prius iõ nõ est vis. ⁊c̃. Capitulũ vndecimũ.

Item temperãtia aeris fit ex cõiunctiõe iouis ⁊ solis ⁊ hoc maxime cũ cõiũctio illa fuerit in signis aeris. Itẽ ex cõiunctione solis ⁊ martis in signo bicorpeo ⁊ tpe veris fit tenebrositas aeris ⁊ infirmitates frequenter cõtingũt. Itẽ estiuo tpe cũ sol in termino martis fit estus i hyemali siccitas ⁊ paucitas pluuiarũ. Itẽ cũ iupiter fuerit cõmixtus in aliqua virtute cũ marte estiuo tpe in signis aquilonaribꝰ certissime põt p̃dici ꝙ nubes ⁊ scintillatiões ⁊ tonitrua fient in aere: ita etiã ut piculũ sit hoĩbus futurũ ꝓpter aeris pestilentiã ex nimia coruscatiõe futura. Itẽ tẽperantia aeris ⁊c̃. hoc in floribꝰ hermetis. Itẽ cum iupiter ⁊c̃. hoc Albertus in fine capituli de tonitruis. ⁊ põt notari causa si placet ⁊c̃. Capitulũ. 12.

Item martis ⁊ veneris sub scorpione cõuentus pluuiam facit. Item venus in scorpione existens a marte respecta ꝓpter maria que scorpio habet pluuiarũ: si v̾o martis caret respectu ex relicto ducatu nõ multa imbriuz erit vbertas. Item martis ⁊ veneris ⁊c̃. Item venus in scorpione hoc in libello qui incipit Cũ multa ⁊c̃. Capitulũ. 13.

Item scias loca applicationis mercurij cũ tribus supiori bus ⁊ cũ quo applicať ⁊ a quo sepatus fuerit. Si cum saturno erit ventus fortis cum tenebra magna ⁊ puluere. Si cum ioue significat ventũ mitẽ absq; pluuia. Si cum marte ventos calidos. Si cũ sole ventũ calidũ cum corruptione. Si venus applicat cũ saturno significat pluuiã ⁊ erit forte grando in ea paruus ⁊. q. solis pluuie nõ residẽt in ea. Item qñ mercurius applicuerit cuz marte erit pluuia interpallata ⁊ ventus ⁊ fulgur. Et qñ venus cum ioue erit pluuia larga ⁊ descendet ⁊ ꝑficiet. Qñ luna cum saturno significabit nubes nigras cõculcatas vna pars conculcans aliã. Qñ cum marte: nubes interscissas ⁊ gelu ⁊ fulgura ⁊ forte apparebit arcus nec erit pluuia cõmunis. Qñ v̾o luna cum venere ⁊ ioue: erũt nubes ⁊ ros multe vtilitatis. Qñ v̾o cũ mercurio: ernt nubes pallide colores fumosi ⁊ ventus bonus cũ pluuia. Item scias loca ⁊c̃. hoc

Alkindus in octauo capitulo. Item qñ mercurius cũ marte ꝛc. hoc Alkindus octauo capitulo ꝛc.

Sequit̃ sexta pars de hora pluuie ꝛ vbi ꝛ qñ fortior aut debilior ꝛ que sint loca apta ad hoc ꝛ de duratione eiusdem. Capitulũ primũ.

